ARCHIMEDIS
OPERA OMNIA

CUM COMMENTARIIS EUTOCII.

E CODICE FLORENTINO RECENSUIT, LATINE UERTIT
NOTISQUE ILLUSTRAUIT

J. L. HEIBERG
DR. PHIL.

UOLUMEN II.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Cum in uolumine primo satis, ut opinor, de consilio, genere adiumentisque huius editionis praefatus sim, huic praefationi nihil relinquitur, nisi ut pauca quaedam uel addam uel corrigam.

In adnotatione igitur critica uoluminis I haec addantur, de quibus postea demum, quam prodierat uolumen illud, ab Henrico Lebègue certior factus sum:

I p. 56, 17 etiam in *A* est *περιφερείας*; quare scrib. „corr. ed. Basil.".

I p. 116, 2 post „ed. Basil." ponenda erat stellula (nam ubi stellula nomini editoris recentioris adponitur, hoc significatur, codices Parisinos denuo inspectos cum cod. Florentino congruere).

I p. 122, 7 post „uulgo" stellula ponatur.

I p. 132, 13 deleatur „corr. ed. Basil." nam in omnibus codd. est *τό* (excepto Florentino).

I p. 132, 18 post „ed. Basil." ponatur stellula.

I p. 150, 3 post „ed. Basil." ponatur stellula.

I p. 190, 19 pro „corr. ed. Basil." scribatur „corr. *B* manu 2*".

I p. 216, 17 cod. *C* prorsus idem habet, quod *F*; in *B* ita scribitur: *ἡ βδ πρὸς δχ· ὥστε καὶ ὡς τὸ ἀπὸ κλ πρὸς λδ ἡ βδ πρὸς δχ· ὥστε καὶ ὡς τὸ ἀπὸ κλ* cet.

I p. 452, 20 *οὔτε* cum omnibus codd. Parisinis recipiendum erat.

postremum moneo, sicubi signum interrogationis scripturae cod. Florentini adponatur, hoc non significari, me de collatione mea dubitare, sed codicem ipsum lectu difficilem esse, ita ut prorsus certo dignosci ne-

queat, quae sit scriptura eius. unus tamen locus excipiendus est II p. 352, 19. ibi enim ad Torellii scripturam τμάματος nihil e cod. Florentino adnotaui; sed cum et ante et post in eadem pagina legamus τμῆμα, non dubito, quin errauerim, et hoc quoque loco η in cod. Florentino reperiatur.

In uolumine altero p. 359 sq. recepi interpretationem Tartaleae librorum, qui sunt περὶ ὀχουμένων, quia intellexeram, Commandinum suo Marte plurima mutasse, ita ut forma genuina, in qua libri illi nobis traditi sunt, ex Tartalea solo cognosci possit. itaque cum liber eius satis rarus sit, interesse putaui, ut denuo cum fide ederetur quasi fundamentum hosce libros emendandi. sed hac ipsa re accidit, ut libri illi forma corruptissima et ita, ut interdum intellegi non possint, prodirent. sed cum intellexerim, eos tam fideliter e Graeco conuersos esse, ut pristina forma ubique fere adpareat, constitui, postea aliquando, si otium mihi contigerit, hos libros Graece conuertere. tum demum licebit de lacunis explendis et erroribus plurimis foedissimisque corrigendis seuere cogitare. dum hoc fiat, habitu barbaro et dilacerato, quo ad nos peruenerunt, hic quoque prodeant. hoc loco interponere libet, quae Carolus Thurot u. d. ad emendandos libros illos contulit (Recherches sur le principe d'Archimède. Revue archéologique 1868—69).

II p. 356, 4: ὠθεῖσθαι] delet C. Thurot.
II p. 356, 6: πάντων αὐτοῦ μερῶν] πάντα δὲ τὰ αὐτοῦ μέρη idem.
II p. 357, 10: ἰσοβαρῆ iam suspicatus est Thurot.
II p. 358, 10: καταβαίνωσι] καταβῶσι idem.
II p. 358, 2: ἰσοβαρῆ iam Thurot.

praeterea in uerbis Tartaleae citandis saepe ea uel corrigit uel explicat additis Graecis, in quo saepe in

eadem incidit, quae ego in adnotationibus posui. de lacuna p. 369, 5 haec habet: peut-être y avait-il: en effet, si *a* n'était pas entièrement au-dessous de la surface, le volume du liquide égal à la portion plongée aurait un poids moindre que *ad*. idem uir doctus (Revue critique 1880 nr. 2) quaestionem obscuram ac difficilem, utrum Tartalea ipse codicem Graecum habuerit necne, ita soluere conatur, ut putet, libros illos Tartaleae causa ab homine Graecae linguae satis perito, sed qui mathematicam non calleret, e Graeco conuersos esse. praeterea consensum Thuroti (Recherches etc. p. 12 not. 2) de auctoritate editionis Tartaleae laetus commemoro, de qua ita iudicat: nous montrerons plus bas que cette publication est la seule base authentique qui puisse jusqu'ici servir à établir le texte de ce traité d'Archimède. — sero animaduerti, pro littera 𝔛 usurpandam fuisse litteram Ψ, ut fecit Commandinus; nam apud Tartaleam haec littera, quae saepius formam litterae *x* prae se fert, interdum tamen litterae Ψ simillima est, ita ut ueri simile sit, Tartaleam semper hanc litteram reddi uoluisse.

De lemmatis hoc addendum uidetur, Mauritium Cantor (Vorlesungen über d. Gesch. der Math. p. 255—57) nuper pluribus de quibusdam eorum propositionibus egisse. quae Curtzius et Steinschneiderus de huius libri apud Arabes fatis disputauerunt, breui recensere in animo mihi est.

De codice Parisino problematis bouini e litteris Henrici Lebègue haec cognoui. codex Graecus 2448 inter alia hoc epigramma et id quidem tertio loco continet. de eo in Catalogo codd. mss. bibliothecae regiae II p. 504 haec leguntur:

MMCDXLVIII.

„— 3°. Archimedis supposititia ad Eratosthenem

epistola sive problema Alexandrinis versibus scriptum de bobus solis sacris —.

Codex bombycinus, olim Colbertinus.

Is codex saeculo decimo quarto exaratus videtur". conspectus scripturae discrepantiae, in quo de accentibus et ι subscripto (quod saepe omittitur) tacui, hic est:

u. 4: *δασσαμένη*] *δασαμένη* cod. Paris. 2448.
u. 5: *ἀλάσσοντα*] alterum σ supra Paris. 2448.
u. 12: *τετράτῳ τε*] sic cod. Paris. 2448.
u. 13: *πᾶσιν*] sic. cod. Paris. 2448.
u. 16: *αὖτις*] *αὐτούς*.
u. 16: *ἰσαζομένους*] *ἰδαιομένους*.
u. 19: *τετράτῳ*] sic.
u. 20: *τετράτῳ*] sic.
u. 22: *πάσης*] *πάσαις*.
u. 22: *ἐρχομένης*] *ἐρχομέναις*.
u. 23: *ἀγέλης*] *δ' ἀγέλης* (et sic Struuius).
u. 24: *τετραχῇ*] *τετραχεῖ*.
u. 27: *βοῶν*] *βόες*.
u. 29: *χρῶμα*] *χροιάν*.
u. 30: *λέγοι'*] *λέγοιο*.
u. 31: *ἐναρίθμιος*] sic.
u. 38: *ἀμβολάδην*] *ἀμβολάνδην*.
u. 40: *οὔτ' ἐπιλειπομένων*] *οὔτ' πιλειπομένων*.
u. 41: *πραπίδεσσιν*] *πραπίδεσιν*.
u. 41: *ἀθροίσας*] *ἀθρήσας*.
u. 42: *ὦ ξένε*] *ξεῖνε τά*.
u. 44: *ταύτῃ*] *ταύτης*.

hoc problema Archimedi re uera tribuendum esse, quamquam dubitari possit, an ipsi uersiculi ab eo conscripti non sint (quod ipse admiseram Quaest. Archim. p. 26 not. 1), etiam Krumbiegelius censet; quem de explicando uerbo *πλίνθου* u. 36 (si modo explicari potest) mecum consentire (l. l. p. 134) gaudeo. sed

in eo sententiam meam minus recte intellexit, quod putauit, me causis a me adlatis demonstrare uoluisse, Archimedem huius epigrammatis auctorem esse. nam hoc solum ostendere conatus sum, nihil esse, cur ab eo discederemus, quod traditum est, his uersibus contineri problema ab Archimede propositum. de re aptissime me monuit L. Oppermannus, eo quoque confirmari originem problematis Archimedeam, quod numeri tam scite electi sint, ut cito ad ingentes numeros perueniatur, in quo ipso auctor problematis praecipuam eius difficultatem inesse uoluerit. coniecturam meam in u. 24:

ποικίλη ἰσάριθμον πλῆθος ἔχουσ' ἐφάνη,

quam palaeographice explicare posse uideor, tamen nunc improbaui, quia *ποικίλη* tum de grege vaccarum variarum, non de toto grege vario, accipiendum erat, quod fieri uix potest. — etiam iudicium Mauritii Cantor u. d. de hoc problemate adferre iuuat: Vorlesungen über d. Gesch. d. Math. I p. 268: Zu einem Ergebnisse kommen wir allerdings auch hier: dass nämlich ein Grund das Rinderproblem darum für untergeschoben zu erklären, weil Archimed es nicht habe lösen können, in keiner Weise vorliegt.

Inter fragmenta catoptricorum recipere potueram Michaelis Pselli locum in synopsi mathemat. p. 73 ed. Xylandri: *δυνατὸν μέντοι καὶ ἄλλως ἀπορίᾳ διόπτρας τῇ μεθόδῳ χρήσασθαι, καθὰ δήπου καὶ Ἀρχιμήδης· ὅς ποτέ τινων ἐρομένων*[1] *περὶ τῆς ὑπ' ὄψιν πυραμίδος, ὁπόση ἂν εἴη τὸ μέγεθος, τὴν ῥάβδον ἑτοίμως ὄρθιον πρὸς τὴν ἐξ ἡλίου τῆς πυραμίδος καταπήξας σκιάν, ὡς τὰς ἀμφοῖν τῆς τε ῥάβδου καὶ τῆς πυραμίδος ἐξ ἴσου συναποπερατοῦσθαι σκιάς. καὶ δύο ἐντεῦθεν ἀποτελέσας ἰσογώνια αὐτόθεν ἐπήγαγεν· ὃν λόγον ἡ ἐν ἐπιπέδῳ κειμένη σκιὰ τῆς ῥάβδου πρὸς αὐτὴν*

1) *ἐρωμένων* Xylander.

ἔχει τὴν ῥάβδον, τὸν αὐτὸν καὶ ἡ ἐν ἐπιπέδῳ τῆς πυραμίδος σκιὰ πρὸς αὐτὴν ἔχει τὴν πυραμίδα. καὶ λοιπὸν τῇ διαμετρήσει τῆς σκιᾶς τῆς πυραμίδος τὸ τῆς πυραμίδος ὕψος τοῖς ἐρωτήσασι δῆλον κατέστησεν. nam ueri simile est, hanc narratiunculam inde ortam esse, quod in catoptricis Archimedis inueniebatur propositio aliqua de altitudinibus ex umbra dimetiendis, qualis est Euclidis optic. prop. 18.

ultimo loco adnotabo errores typographicos, quos quidem adhuc deprehenderim.

	Scriptum est:	Scribendum erat:
I p. 24, 15:	περιγάψαι	περιγράψαι.
I p. 46, 7:	ἰσούψη	ἰσοϋψῆ.
I p. 106, 9:	η	ἡ.
I p. 240, 20:	τμῆμα. ὡς	τμῆμα, ὡς
I p. 380, 25:	κορυφα	κορυφὰ
I p. 424, 5:	ουδὲ	οὐδὲ
II p. 146, 20:	ἔχοντι	ἔχωντι; et in notis p. 147 addendum: „20. εχοντι *F*, uulgo."

in figura I p. 360 littera *Γ* excidit, quae ponenda erat in dextra parte extrema parabolae. I p. 244 in figura ducatur linea *ΔK*.

praeterea non raro in accentibus more Doriensium ponendis erraui, uelut quod in futuri tertia persona num. sing. circumflexum non posui, et omnino in dialecto restituenda fortasse parum mihi constiti. sed huic rei aliquatenus mederi me posse spero, collectis omnibus dialecti Doricae uestigiis, quae apud Archimedem occurrunt. hoc et materiem disputandi uberiorem et, ut arbitror, fructuosiorem, certe mihi familiariorem, quam praebet quaestio de codicibus aestimandis, praefationi uoluminis tertii sepono.

Scrib. Hauniae Cal. Februariis MDCCCLXXXI.

DE LINEIS SPIRALIBUS.

Ἀρχιμήδης Δοσιθέῳ χαίρειν.

Τῶν ποτὶ Κόνωνα ἀποσταλέντων θεωρημάτων, ὑπὲρ ὧν αἰεὶ τὰς ἀποδειξίας ἐπιστέλλεις μοι γράψαι, τῶν μὲν πλείστων ἐν τοῖς ὑπὸ Ἡρακλείδα κομισθέντεσσιν ἔχεις γεγραμμένας, τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ γράψας ἐπιστέλλω τοι. μὴ θαυμάσῃς δέ, εἰ πλείονα χρόνον ποιησάντες ἐκδίδομες τὰς ἀποδειξίας αὐτῶν. συμβαίνει γὰρ τοῦτο γεγενῆσθαι διὰ τὸ βουλέσθαι με πρότερον διδόμεν τοῖς περὶ τὰ μαθήματα πραγματευομένοις καὶ μαστεύειν αὐτὰ προαιρουμένοις. πόσα γὰρ τῶν ἐν γεωμετρίᾳ θεωρημάτων οὐκ εὐμέθοδα ἐν ἀρχᾷ φανέντα χρόνῳ τὰν ἐξεργασίαν λαμβάνοντι; Κόνων μὲν οὖν οὐχ ἱκανὸν λαβὼν ἐς τὰν μάστευσιν αὐτῶν χρόνον μετάλλαξεν τὸν βίον· ἦ δῆλα ἐποίησέν κα ταῦτα πάντα εὑρών, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐξευρὼν ἐπὶ τὸ πλεῖον προάγαγεν γεωμετρίαν. ἐπιστάμεθα γὰρ ὑπάρξασαν αὐτῷ σύνεσιν οὐ τὰν τυχοῦσαν περὶ τὸ μάθημα καὶ φιλοπονίαν ὑπερβάλλουσαν. μετὰ δὲ τὰν Κόνωνος τελευτὰν πολλῶν ἐτέων ἐπιγεγενημένων οὐδ' ὑφ' ἑνὸς οὐδὲν τῶν προβλημάτων αἰσθανόμεθα κεκινημένον. βουλόμαι δὲ καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν προενεγκάσθαι· καὶ γὰρ συμβαίνει δύο τινὰ

---

1. Δωσιθεῳ F, uulgo. 2. θεορηματων F. 3. ἀποδειξίας] scripsi, ut lin. 7; αποδειξ cum comp. ης F; ἀποδείξεις uulgo. 7. εκδιδομεν F, uulgo. 11. πόσα] Barrowius; ποια F,

Archimedes Dositheo s.

Eorum theorematum, quae ad Cononem miseram, quorum demonstrationes semper me perscribere iubes, plerasque demonstrationes in iis libris perscriptas habes, quos Heraclides ad te pertulit, nonnullas autem etiam hoc libro perscriptas ad te mitto. neu miratus sis, si diutius moratus demonstrationes eorum edidi. hoc enim ea de causa factum est, quod prius ea uolui permittere mathematices studiosis, et qui ipsi ea scrutari malint. quot enim geometriae theoremata, quae initio difficilia inuentu uidebantur, postea tandem confecta sunt? Conon igitur, antequam satis temporis ad ea perscrutanda ei contigit, mortuus est; alioquin ea illustrasset, his omnibus inuentis, et multis aliis insuper de suo inuentis geometriam amplificasset. scimus enim, ei fuisse et peritiam mathematices singularem et industriam praecipuam. sed multis iam post mortem Cononis annis interiectis nondum ullum problematum illorum quemquam adtigisse comperimus. singula autem hoc loco adferam. accidit enim, ut duo

---

uulgo. *θεορηματων* F. 12. *τὰν*] *την* per comp. F; corr. Torellius. 13. *οὖν*] addidi; om. F, uulgo. 14. *ἦ δῆλα*] Maduigius; *αδηλα* F, uulgo; *καὶ ἄδηλα* ed. Basil., Torellius. 15. *κα*] scripsi; *και* F, uulgo. 16. *ἐπὶ*] scripsi; *και επι* F, uulgo. *τὰν γεωμετρίαν*? 17. *συνεσ* cum comp. *ην* F. 19. *Κωνωνος* F, uulgo.

αὐτῶν ἐν αὐτοῖς μὲν κεχωρισμένα, τέλος δὲ ποθεσόμενα, ὅπως οἱ φαμένοι μὲν πάντα εὑρίσκειν, ἀπόδειξιν δὲ αὐτῶν οὐδεμίαν ἐκφερόντες ἐλεγκῶνται οἷα ποθωμολογηκότες εὑρίσκειν τὰ ἀδύνατα. ταῦτα δὴ ποῖα τῶν προβλημάτων ἐντί, καὶ τίνων τὰς ἀποδειξίας ἔχεις ἀπεσταλμένας, καὶ ποίων ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ κομίζομες, δοκιμάζομες ἐμφανίξαι τοι. πρῶτον δὴ τῶν προβλημάτων ἦν· σφαίρας δοθείσας ἐπίπεδον χωρίον εὑρεῖν ἴσον τᾷ ἐπιφανείᾳ τᾶς σφαίρας· ὃ δὴ καὶ πρῶτον ἐγένετο φανερὸν ἐκδοθέντος τοῦ περὶ τὰν σφαίραν βιβλίου. δειχθέντος γάρ, ὅτι πάσας σφαίρας ἁ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τᾷ σφαίρᾳ, δῆλον, ὡς δυνατόν ἐστι χωρίον ἐπίπεδον εὑρεῖν ἴσον τᾷ ἐπιφανείᾳ τᾶς σφαίρας. δεύτερον δέ· κώνου δοθέντος ἢ κυλίνδρου σφαῖραν εὑρεῖν ἴσαν τῷ κώνῳ ἢ τῷ κυλίνδρῳ. τρίτον δέ· τὰν δοθεῖσαν σφαῖραν ἐπιπέδῳ τεμεῖν ὥστε τὰ τμάματα αὐτᾶς ποτ' ἄλλαλα τὸν ταχθέντα λόγον ἔχειν. τέταρτον δέ· τὰν δοθεῖσαν σφαῖραν ἐπιπέδῳ τεμεῖν ὥστε τὰ τμάματα τᾶς ἐπιφανείας τὸν ταχθέντα λόγον ἔχειν ποτ' ἄλλαλα. πέμπτον δέ· τὸ δοθὲν τμᾶμα σφαίρας τῷ δοθέντι τμάματι σφαίρας ὁμοιῶσαι. ἕκτον δέ· δύο δοθέντων τμαμάτων σφαίρας εἴτε τᾶς αὐτᾶς εἴτε

---

1. *αὐτῶν*] scripsi; *των* F, uulgo. *ἐν αὐτοῖς*] scripsi cum Nizzio; *εν αυτω* F, uulgo; *εὐλύτων* retentis *τῶν* et *μή* Maduigius. *μέν*] *μη* F; corr. ed. Basil.* *κεχωρασμενα* F; corr. B*; *εἶμεν κεχωρισμένα* Torellius cum Barrowio. *τέλος*] Nizzius; *τελους* F, uulgo. *ποθεσόμενα*] scripsi; *ποτεσσομεν* F, uulgo; *ποτθήσομεν* Barrow; *ἀποτευξόμενα* Torellius; *ἀποεσσόμενα* uel *οὐδεποθ' ἑξόμενα* Nizzius; fort. *τέλους δὲ ποτιδεόμενα*. 2. *φανοι* F. *ευρισκ* cum comp. *ην* F, ut lin. 4, 9, 14. 3. *οἷα ποθωμολογηκότες*] scripsi; *αποθωμολογηκοτες* F, uulgo; *οἱ ποθ' ὁμολογηκότες* Barrow, Torellius. 5. *αποδειξ* cum comp. *ης* F. 6. *βιβλίῳ*] alterum *β* supra manu 1 F. 7. *κομιζοντες*

quaedam eorum inter ea collocata sint, confici autem non possint, ut isti, qui se omnia inuenire dictitent, nullam autem demonstrationem eorum in medium proferant, aliquando redarguantur, quippe qui absurda etiam se inuenire posse professi sint. ea autem problemata qualia sint, et quorum demonstrationes perscriptas habeas, et qualium demonstrationes hoc libro adferamus, mihi uisum est tecum communicare. primum igitur problema hoc erat: data sphaera planum spatium inuenire superficiei sphaerae aequale [de sph. et cyl. II p. 190], id quod etiam primum palam factum est, edito de sphaera libro. cum enim demonstratum sit, superficiem sphaerae quadruplo maiorem esse circulo maximo sphaerae [de sph. et cyl. I, 33], adparet fieri posse, ut inueniatur spatium planum superficiei sphaerae aequale. secundum autem hoc erat: dato cono uel cylindro sphaeram inuenire cono uel cylindro aequalem [de sph. et cyl. II, 1]. tertium autem: datam sphaeram plano secare, ita ut segmenta eius inter se datam rationem habeant [ib. II, 4]. quartum autem: datam sphaeram plano secare, ita ut segmenta superficiei inter se datam rationem habeant [ib. II, 3]. quintum autem: datum segmentum sphaerae dato segmento sphaerae simile reddere [cfr. ib. II, 5]. sextum autem: datis duobus sphaerae segmentis siue

---

F; corr. Torellius. *δοκιμάζομες*] scripsi; *δοκιμαζοντες* F, uulgo. *ἐμφανίξω* B; *ἐμφανίσω* Torellius; *ἐμφανίσαι* A, ed. Basil. 8. *δοθεισ* cum comp. *ης* F; corr. Torellius. 10. *τὰν σφαίραν*] scripsi; *την* (comp.) *σφαιραν* F, uulgo; *τᾶς σφαίρας* Torellius. 15. *ευρ* cum comp. *ην* F, ut lin. 17, 19, p. 6 l. 1 17. *τμηματα* F; corr. Torellius; sic semper in omnibus huius uerbi formis in hoc libro, nisi ubi contra adnotatum est. 18. *αυτης* F; corr. Torellius. 21. *πεπτον* F.

ἄλλας εὑρεῖν τι τμᾶμα σφαίρας, ὃ ἐσσεῖται αὐτὸ μὲν ὁμοῖον τῷ ἑτέρῳ τῶν τμαμάτων, τὰν δὲ ἐπιφάνειαν ἴσαν ἕξει τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἑτέρου τμάματος. ἕβδομον· ἀπὸ τᾶς δοθείσας σφαίρας τμᾶμα ἀποτεμεῖν ἐπιπέδῳ ὥστε τὸ τμᾶμα ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ὕψος ἴσον τὸν ταχθέντα λόγον ἔχειν μείζονα τοῦ, ὃν ἔχει τὰ τρία ποτὶ τὰ δύο. τούτων μὲν οὖν τῶν εἰρημένων πάντων τὰς ἀποδειξίας Ἡρακλείδας ἐκόμιξεν. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα κεχωρισμένον ψεῦδος ἦν. ἔστι δέ· εἴ κα σφαῖρα ἐπιπέδῳ τμαθῇ εἰς ἄνισα, τὸ μεῖζον τμᾶμα ποτὶ τὸ ἔλασσον διπλασίονα λόγον ἕξει, ἢ ἁ μείζων ἐπιφάνεια ποτὶ τὰν ἐλάσσονα. ὅτι δὲ τοῦτο ψεῦδός ἐστι, διὰ τῶν προαπεσταλμένων φανερόν ἐστι. κεχωρίσται γὰρ ἐν αὐτοῖς τόδε· εἴ κα σφαῖρα ἐπιπέδῳ τμαθῇ εἰς ἄνισα ποτ' ὀρθὰς διαμέτρῳ τινὶ τῶν ἐν τᾷ σφαίρᾳ τᾶς μὲν ἐπιφανείας τὸ μεῖζον τμᾶμα ποτὶ τὸ ἔλασσον τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον, ὃν τὸ τμᾶμα τὸ μεῖζον τᾶς διαμέτρου ποτὶ τὸ ἔλασσον, τὸ δὲ μεῖζον τμᾶμα τᾶς σφαίρας ποτὶ τὸ ἔλασσον ἐλάσσονα μὲν ἢ διπλάσιον λόγον ἔχει τοῦ, ὃν ἔχει ἁ μείζων ἐπιφάνεια ποτὶ τὰν ἐλάσσονα, μείζονα δὲ ἢ ἡμιόλιον. ἦν δὲ καὶ τὸ ἔσχατον κεχωρισμένον τῶν προβλημάτων ψεῦδος, ὅτι, εἴ κα σφαίρας τινὸς ἁ διάμετρος τμαθῇ ὥστε τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος τμάματος τετράγωνον τριπλάσιον εἶμεν τοῦ τετραγώνου τοῦ ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος τμάμα-

---

7. μη μειζονα F; corr. Nizzius. 8. οὖν] per comp. F; om. ed. Basil. αποδειξεις F, uulgo. 9. εκομισεν F, uulgo. 10. τμηθη F; corr. Torellius; et sic per totum hunc librum in omnibus huius uerbi formis (etiam in compositis), ubi nihil adnotatum est. 15. ποτ'] πρός per comp. F; corr. Torellius. 16. τᾶς μὲν ἐπιφανείας] addidi Neue Jahrb. Suppl. XI p. 397; om. F, uulgo. ποτὶ τὸ ἔλασσον — 19. τὸ δὲ μεῖζον τμᾶμα

eiusdem siue alius segmentum sphaerae inuenire, quod ipsum alteri segmento aequale sit, superficiem autem alterius segmenti superficiei aequalem habeat [ib. II, 6]. septimum: a data sphaera segmentum plano abscindere, ita ut segmentum ad conum basim eandem habentem, quam segmentum, et altitudinem aequalem datam rationem habeat maiorem quam 3 : 2 [ib. II, 7]. horum igitur omnium, quae nominauimus, problematum demonstrationes Heraclides ad te pertulit. sed quod deinde positum erat, falsum erat. est autem huiusmodi: si sphaera plano in partes inaequales secatur, maius segmentum ad minus duplicem rationem habet, quam maior superficies ad minorem. hoc autem falsum esse ex iis, quae antea ad te missa sunt, adparet. in iis enim hoc positum est: si sphaera in partes inaequales secatur plano ad diametrum aliquam sphaerae perpendiculari, superficiei segmentum maius ad minus eandem habebit rationem, quam maior pars diametri ad minorem, sphaerae autem segmentum maius ad minus minorem quam duplicem rationem habet, quam maior superficies ad minorem, maiorem uero quam sesquialteram [ib. II, 8]. uerum etiam problema ultimo loco positum falsum erat: si alicuius sphaerae diametrus ita secatur, ut quadratum partis maioris triplo maius sit quadrato partis minoris, et per hoc punctum[1]) planum ad diametrum perpen-

1) Sc. in quo diametrus ita diuisa est.

delet Nizzius. 18. δέ] scripsi ibid.; γαρ F, uulgo. 19. ἔλασσον] om. FV. 21. ποτὶ τάν] προς (comp.) την (comp.) F; corr. Torellius. 23. ἡ F; corr. Torellius.

τος, καὶ διὰ τοῦ σαμείου τούτου ἐπίπεδον ἀχθὲν ποτ' ὀρθὰς τᾷ διαμέτρῳ τέμνῃ τὰν σφαῖραν, τὸ τοιοῦτον τῷ εἴδει σχῆμα, οἷόν ἐστι τὸ μεῖζον τᾶς σφαίρας τμᾶμα, μέγιστόν ἐστι τῶν ἄλλων τμαμάτων τῶν ἐχόντων ἴσαν τὰν ἐπιφάνειαν. ὅτι δὲ τοῦτο ψεῦδός ἐστι, δῆλον διὰ τῶν προαπεσταλμένων θεωρημάτων. δέδεικται γάρ, ὅτι τὸ ἡμισφαίριον μέγιστόν ἐστι τῶν περιεχομένων ὑπὸ ἴσας ἐπιφανείας σφαίρας τμαμάτων. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τοῦ κώνου προβεβλημένα ἐστὶ τάδε· εἴ κα ὀρθογωνίου κώνου τομὰ μενούσας τᾶς διαμέτρου περιενεχθῇ, ὥστε εἶμεν ἄξονα τὰν διάμετρον, τὸ περιγραφὲν σχῆμα ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς κωνοειδὲς καλείσθω. καὶ εἴ κα τοῦ κωνοειδέος σχήματος ἐπίπεδον ἐπιψαύῃ, παρὰ δὲ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον ἄλλο ἐπίπεδον ἀχθὲν ἀποτέμῃ τι τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος, τοῦ ἀποτμαθέντος τμάματος βάσις μὲν καλείσθω τὸ ἀποτέμνον ἐπίπεδον, κορυφὰ δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἐπιψαύει τὸ ἕτερον ἐπίπεδον τοῦ κωνοειδέος. εἰ δέ κα τὸ εἰρημένον σχῆμα ἐπιπέδῳ τμαθῇ ποτ' ὀρθὰς τῷ ἄξονι, ὅτι μὲν ἁ τομὰ κύκλος ἐσσεῖται, δῆλον· ὅτι δὲ τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ἡμιόλιον ἐσσεῖται τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ὕψος ἴσον, δεῖξαι δεῖ. καὶ εἴ κα τοῦ κωνοειδέος δύο τμάματα ἀποτμαθέωντι ἐπιπέδοις ὁπωσοῦν ἀγμένοις, ὅτι μὲν οὖν αἱ τομαὶ ἐσσοῦνται ὀξυγωνίων κώνων τομαί, δῆλον, εἴ κα τὰ ἀποτέμνοντα ἐπίπεδα μὴ ὀρθὰ ἔωντι ποτὶ τὸν ἄξονα· ὅτι δὲ τὰ τμάματα ποτ' ἄλλαλα τοῦ-

---

1. σημειον F; corr. Torellius; et sic per totum librum, ubi nihil adnotatum est. τούτου] scripsi; το F, uulgo; τι? 2. τὰν] την F; corr. Torellius. 3. ειδη F. 12. της (comp.) . . . τομης F; corr. Torellius. 16. ἀποτμαθέντος] sic F.

dieulare ducatur et sphaeram secet, figura talis specie, quale est maius segmentum sphaerae, maxima est omnium segmentorum aequalem superficiem habentium. hoc autem falsum esse, ex iis theorematis, quae antea ad te missa sunt, adparet. ibi enim demonstratum est, hemisphaerium maximum esse segmentorum aequali superficie sphaerae comprehensorum [ib. II, 9]. deinde de cono[1]) haec erant proposita: si sectio coni rectanguli manente diametro circumuoluitur, ita ut diametrus sit axis, figura sectione coni rectanguli comprehensa conoides uocetur [cfr. de conoid. p. 274]. et si planum conoides contingit, et aliud planum contingenti parallelum segmentum aliquod conoidis abscindit, segmenti abscisi basis uocetur planum abscindens, uertex autem punctum, in quo alterum planum conoides contingit. sin autem figura, quam commemorauimus, plano ad axem perpendiculari secatur, sectionem circulum fore, adparet; sed segmentum abscisum dimidia parte maius futurum esse cono basim eandem habenti, quam segmentum, et altitudinem aequalem, demonstrandum est [de conoid. 21]. et si a conoide duo segmenta planis quouis modo ductis abscinduntur, sectiones conorum acutiangulorum sectiones futuras esse, si plana abscindentia ad axem perpendicularia non sint, adparet [de conoid. 12]; segmenta autem eam inter se rationem

1) Uidendum est, ne scribendum sit τοῦ κωνοειδέος lin. 9.

17. κορυφη F, uulgo. 18. δέ] δη F; corr. ed. Basil.* κα] scripsi; και F, uulgo. 25. ὀξυγωνίου κώνου Nizzius cum C, Cr. 26. αποτεμν (cum comp. ον) τα FC.

τον ἑξοῦντι τὸν λόγον, ὃν ἔχοντι δυνάμει ποτ' ἀλλάλας αἱ ἀπὸ τᾶν κορυφᾶν αὐτῶν ἀγμέναι παρὰ τὸν ἄξονα μέχρι ἐπὶ τὰ ἐπίπεδα τὰ τέμνοντα, δεῖξαι δεῖ. τούτων δ' αἱ ἀποδειξίες οὔπω τοι ἀποστελλόνται. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τᾶς ἕλικος ἦν προβεβλημένα ταῦτα· ἐντὶ δὲ ὥσπερ ἄλλο τι γένος προβλημάτων οὐδὲν ἐπικοινωνεόντων τοῖς προειρημένοις· ὑπὲρ ὧν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ τὰς ἀποδειξίας γεγραφήκαμές τοι. ἔστιν δὲ τάδε· εἴ κα εὐθεῖα γραμμὰ ἐν ἐπιπέδῳ μένοντος τοῦ ἑτέρου πέρατος ἰσοταχέως περιενεχθεῖσα ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, ἅμα δὲ τᾷ γραμμᾷ περιφερομένᾳ φερήται τι σαμεῖον ἰσοταχέως αὐτὸ ἑαυτῷ κατὰ τᾶς εὐθείας ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ μένοντος πέρατος, τὸ σαμεῖον ἕλικα γράψει ἐν τῷ ἐπιπέδῳ. φαμὶ δὴ τὸ περιλαφθὲν χωρίον ὑπό τε τᾶς ἕλικος καὶ τᾶς εὐθείας τᾶς ἀποκατασταθείσας, ὅθεν ὥρμασεν, τρίτον μέρος εἶμεν τοῦ κύκλου τοῦ γραφέντος κέντρῳ μὲν τῷ μένοντι σαμείῳ, διαστήματι δὲ τᾷ εὐθείᾳ τᾷ διανυσθείσᾳ ὑπὸ τοῦ σαμείου ἐν τᾷ μιᾷ περιφορᾷ τᾶς εὐθείας. καὶ εἴ κα τᾶς ἕλικος ἐπιψαύῃ τις εὐθεῖα κατὰ τὸ πέρας τᾶς ἕλικος τὸ ἔσχατον γενόμενον, ἄλλα δέ τις εὐθεῖα τᾷ περιαχθείσᾳ καὶ ἀποκατασταθείσᾳ γραμμᾷ ποτ' ὀρθὰς ἀχθῇ ἀπὸ τοῦ μένοντος πέρατος αὐτᾶς, ὥστε ἐμπεσεῖν τᾷ ἐπιψαυούσᾳ, φαμὶ τὰν ποταχθεῖσαν εὐθεῖαν ἴσαν εἶμεν τᾷ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ. καὶ εἴ κα ἁ περιαγομένα γραμμὰ καὶ τὸ σαμεῖον τὸ φερόμενον κατ' αὐτᾶς πλει-

1. ἔχοντι] scripsi; εχωντι F, uulgo. 3. ἐπὶ τὰ] scripsi; τα F, uulgo. τὰ τέμνοντα] scripsi; τά om. F, uulgo. 4. αποδειξ cum comp. ης F; ἀποδεῖξεις uulgo. οὔπω] Torellius et Nizzius; ουτω F, uulgo. 5. ελικας F; corr. BD. 6. ἐπικοινωνεόντων] scripsi; επικοινωνεοντα F, uulgo; ἐπίκοινον ἔχοντα Barrowius; ἐπίκοινον ἐχόντων Torellius; „communi-

habitura esse, quam habeant quadrata linearum, quae a uerticibus eorum usque ad plana abscindentia axi parallelae ducantur, demonstrandum est [ib. 24]. horum autem demonstrationes nondum ad te mittuntur, post haec autem de linea spirali haec proposita erant; sunt autem quasi aliud problematum genus, quae cum iis, quae adhuc commemorauimus, nihil commune habent; de quibus hoc libro demonstrationes tibi perscripsimus. sunt autem haec: si linea recta, manente altero termino, in plano aequabiliter circumacta rursus in eum locum restituitur, unde coepta est moueri, et simul dum linea circumagitur, punctum aliquod aequabiliter sibi ipsi in linea promouetur a termino manente incipiens, punctum in plano spiralem describet. dico igitur, spatium comprehensum spirali et linea in eum locum restituta, unde moueri coepta est, tertiam partem esse circuli, cuius centrum sit terminus manens, radius autem linea a puncto in una lineae circumuolutione permeata [prop. 24]. et si linea in extremo termino spiralis spiralem contingit, alia autem linea a termino manente ad lineam circumactam et in suum locum restitutam perpendicularis ducitur, ita ut in lineam contingentem incidat, dico, lineam ita [ad contingentem] ductam circuli ambitui aequalem esse [prop. 18]. et si linea, quae circumagitur, et punctum, quod in ea mouetur, pluribus

---

cans“ Cr. 8. γεγραφηκαμεν F, uulgo. τοι] Torellius; σοι F, uulgo. 9. περι ελικων F mg. 16. ωρμησεν F. 23. πέρατος αὐτᾶς] πέρι το αυτο F; corr. Torellius. 24. φημι F; corr. Torellius. πραχθεισαν (ο suprascr.) F; corr. Torellius; fort. προαχθεῖσαν.

όνας περιφορὰς περιενεχθέωντι καὶ ἀποκατασταθέωντι πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, φαμὶ τοῦ χωρίου τοῦ ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ ποτιλαφθέντος ὑπὸ τὰς ἕλικος τὸ μὲν ἐν τᾷ τρίτᾳ ποτιλαφθὲν διπλάσιον ἐσσεῖσθαι, τὸ δὲ ἐν τᾷ τετάρτᾳ τριπλάσιον, τὸ δὲ ἐν τᾷ πέμπτᾳ τετραπλάσιον, καὶ ἀεὶ τὰ ἐν ταῖς ὕστερον περιφοραῖς ποτιλαμβανόμενα χωρία κατὰ τοὺς ἑξῆς ἀριθμοὺς πολλαπλάσια ἐσσεῖσθαι τοῦ ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ ποτιλαφθέντος· τὸ δὲ ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ ποτιλαφθὲν χωρίον ἕκτον μέρος εἶμεν τοῦ ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ ποτιλαφθέντος χωρίου. καὶ εἴ κα ἐπὶ τᾶς ἕλικος τᾶς ἐν μιᾷ περιφορᾷ γεγραμμένας δύο σαμεῖα λαφθέωντι, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐπιζευχθέωντι εὐθεῖαι ἐπὶ τὸ μεμενακὸς πέρας τᾶς περιενεχθείσας γραμμᾶς, καὶ κύκλοι δύο γραφέωντι κέντρῳ μὲν τῷ μεμενακότι σαμείῳ, διαστημάτεσσι δὲ ταῖς ἐπιζευχθείσαις ἐπὶ τὸ μεμενακὸς πέρας τᾶς εὐθείας, καὶ ἁ ἐλάσσων τᾶν ἐπιζευχθεισᾶν ἐπεκβληθῇ, φαμὶ τὸ περιλαφθὲν χωρίον ὑπό τε τᾶς τοῦ μείζονος κύκλου περιφερείας τᾶς ἐπὶ τὰ αὐτὰ τᾷ ἕλικι μεταξὺ τᾶν εὐθειᾶν ἐούσας καὶ τᾶς ἕλικος καὶ τᾶς εὐθείας τᾶς ἐκβληθείσας ποτὶ τὸ περιλαφθὲν χωρίον ὑπό τε τᾶς τοῦ ἐλάσσονος κύκλου περιφερείας καὶ τᾶς αὐτᾶς ἕλικος καὶ τᾶς εὐθείας τᾶς ἐπιζευγνούσας τὰ πέρατα αὐτᾶν τοῦτον ἕξειν τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἁ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ ἐλάσσονος κύκλου μετὰ δύο τριταμορίων τᾶς ὑπεροχᾶς, ᾇ ὑπερέχει ἁ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ μείζονος κύκλου τᾶς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ ἐλάσσονος κύκλου ποτὶ τὰν ἐκ

2. καὶ cum comp. ην F. 10. τοῦ] τα F; corr. B. 11. ελικας F; corr. B. 15. γραφέωντι] scripsi; γεγραφεωντι F, uulgo. 19. τᾷ] addidi; om. F, uulgo. 21. περιληφθεν F. 23. αὐτᾶν] αυταν supra scripto compendio ων uel circum-

circumuolutionibus circumaguntur et rursus in eum locum restituuntur, unde moueri coepta est [linea recta], dico, spatio in secunda circumuolutione a spirali adiecto duplo maius fore spatium in tertia adiectum, triplo autem maius spatium in quarta adiectum, quadruplo autem spatium in quinta adiectum, et omnino spatia in sequentibus circumuolutionibus adiecta multiplicia fore, quam spatium in secunda circumuolutione adiectum, secundum numerorum insequentium seriem; spatium uero in prima circumuolutione comprehensum[1]) sextam partem esse spatii in secunda adiecti [prop. 27]. et si in spirali in una circumuolutione descripta duo puncta sumuntur, et ab iis ad manentem terminum lineae circumactae ducuntur lineae, et duo circuli describuntur, quorum centrum est punctum manens, radii autem lineae ad manentem terminum lineae ductae, et minor linearum ductarum producitur, dico, spatium comprehensum eo ambitu circuli maioris, qui in eadem parte est, in qua est spiralis, inter lineas positus, et spirali et linea producta ad spatium comprehensum ambitu circuli minoris et eadem spirali et linea terminos earum iungenti eam habiturum esse rationem, quam habeat radius circuli minoris cum duabus partibus excessus, quo radius circuli maioris radium minoris circuli excedat, ad radium circuli minoris cum tertia parte eiusdem excessus [prop. 28]. horum

1) Puto scribendum esse: *περιλαφθέν* lin. 9.

---

flexu F. 24. *εξει* F, uulgo. 25. *ᾱ*] *ας* F; corr. Torellius. 26. *μείζονος κύκλου* — p. 14, 1: *κέντρου τοῦ* om. F; corr. Torellius, nisi quod om. alterum *τοῦ* lin. 27.

τοῦ κέντρου τοῦ ἐλάσσονος κύκλου μετὰ ἑνὸς τριταμορίου τᾶς εἰρημένας ὑπεροχᾶς. τούτων δή μοι καὶ ἄλλων περὶ τᾶς ἕλικος αἱ ἀποδειξίες ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ γραφόνται. προκεῖνται δέ, ὡς καὶ τῶν ἄλλων τῶν γεωμετρουμένων, τὰ χρείαν ἔχοντα εἰς τὰν ἀπόδειξιν αὐτῶν. λαμβάνω δὲ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ἐν τοῖς πρότερον ἐκδεδομένοις βιβλίοις, λῆμμα τόδε· τᾶν ἀνίσαν γραμμᾶν καὶ τῶν ἀνίσων χωρίων τὰν ὑπεροχάν, ᾇ ὑπερέχει τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάσσονος, αὐτὰν ἑαυτᾷ συντιθεμέναν δυνατὸν εἶμεν παντὸς ὑπερίσχειν τοῦ προτεθέντος τῶν ποτ' ἄλλαλα λεγομένων.

α΄.

Εἴ κα κατά τινος γραμμᾶς ἐνεχθῇ τι σαμεῖον ἰσοταχέως αὐτὸ ἑαυτῷ φερόμενον, καὶ λαφθέωντι ἐν αὐτᾷ δύο γραμμαί, αἱ ἀπολαφθεῖσαι τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον ποτ' ἀλλάλας, ὅνπερ οἱ χρόνοι, ἐν οἷς τὸ σαμεῖον τὰς γραμμὰς ἐπορεύθη.

ἐνηνέχθω γάρ τι σαμεῖον κατὰ τᾶς AB γραμμᾶς ἰσοταχέως, καὶ λελάφθωσαν ἐν αὐτᾷ δύο γραμμαὶ αἱ $\Gamma\Delta$, ΔE. ἔστω δὲ ὁ χρόνος, ἐν ᾧ τὰν $\Gamma\Delta$ γραμμὰν τὸ σαμεῖον διεπορεύθη, ὁ ZH, ἐν ᾧ δὲ τὰν ΔE ὁ $H\Theta$. δεικτέον, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ἁ $\Gamma\Delta$ γραμμὰ ποτὶ τὰν ΔE γραμμάν, ὃν ὁ χρόνος ὁ ZH ποτὶ τὸν $H\Theta$.

συγκείσθωσαν γὰρ ἐκ τᾶν $\Gamma\Delta$, ΔE γραμμᾶν αἱ $A\Delta$, ΔB γραμμαὶ καθ' ἀντινοῦν σύνθεσιν οὕτως, ὥστε ὑπερέχειν τὰν $A\Delta$ τᾶς ΔB. καὶ ὁσάκις μὲν συγκεῖται ἁ $\Gamma\Delta$ γραμμὰ ἐν τᾷ $A\Delta$, τοσαυτάκις συγ-

1. μετ' ed. Basil., Torellius. 3. αποδειξ cum comp. ης F; ἀποδείξεις uulgo. 4. πρόκειται Nizzius. 6. ὡς] scripsi; των per comp. F, uulgo. 7. λῆμμα τόδε] scripsi; λημα ταδε

igitur [theorematum] et aliorum quorundam de spirali demonstrationes hoc libro a me perscribuntur. praemittuntur autem, ut etiam in ceteris scriptis geometricis, quae ad ea demonstranda utilia sunt. et hic quoque, sicut in libris antea editis[1]), hoc lemma sumo: excessum linearum uel spatiorum inaequalium, quo maius excedat minus, sibi ipsi adiectum excedere posse quamuis magnitudinem datam earum, quae inter se comparari possunt.

I.

Si in linea aliqua punctum aliquod sibi ipsi aequabiliter fertur, et in ea duae lineae sumuntur, lineae sumptae eandem rationem habebunt, quam tempora, quibus punctum lineas permeauit.


feratur enim aequabiliter punctum aliquod in linea AB, et in ea duae lineae $\Gamma\Delta$, ΔE sumantur. tempus autem, quo punctum lineam $\Gamma\Delta$ permeauit, sit ZH, et quo lineam ΔE, sit $H\Theta$. demonstrandum est, esse $\Gamma\Delta : \Delta E = ZH : H\Theta$.

componantur enim ex lineis $\Gamma\Delta$, ΔE lineae $A\Delta$, ΔB, quotiescunque sumuntur lineae illae, ita ut linea $A\Delta$ lineam ΔB excedat.[2]) et quoties linea $\Gamma\Delta$ in linea $A\Delta$ continetur, toties contineatur tempus ZH

1) H. e. περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου (I λαμβ. 5 p. 10) et τετραγ. παραβ. praef. (Quaest. Arch. p. 45).
2) Hoc fieri potest per lemma illud lin. 7—11.

F, supra scripto μ et τα manu prima (et sic uulgo); λημμάτων τόδε Nizze. 18. ηνεχθω F, uulgo. 22. ἔχοντι] scripsi; εχωντι F, uulgo. $\Gamma\Delta$] $A\Delta$ F; corr. Torellius; αγ ed. Basil.; „cd" Cr. 24 των — γραμμων (comp.) F; corr. Torellius.

κείσθω ὁ χρόνος ὁ ΖΗ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ ΛΗ· ὁσάκις δὲ συγκεῖται ἁ ΔΕ γραμμὰ ἐν τᾷ ΔΒ, τοσαυτάκις



συγκείσθω ὁ ΘΗ χρόνος ἐν τῷ ΚΗ χρόνῳ. ἐπεὶ οὖν ὑποκεῖται τὸ σαμεῖον ἰσοταχέως ἐνηνέχθαι κατὰ τᾶς ΑΒ γραμμᾶς, δῆλον, ὡς, ἐν ὅσῳ χρόνῳ τὰν ΓΔ ἐνηνέκται, ἐν τοσούτῳ καὶ ἑκάσταν ἐνηνέκται τᾶν ἴσαν τᾷ ΓΔ. φανερὸν οὖν, ὅτι καὶ συγκειμέναν τὰν ΑΔ γραμμὰν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἐνηνέκται, ὅσος ἐστὶν ὁ ΛΗ χρόνος, ἐπειδὴ τοσαυτάκις συγκεῖται ἅ τε ΓΔ γραμμὰ ἐν τᾷ ΑΔ γραμμᾷ, καὶ ὁ ΖΗ χρόνος ἐν τῷ ΛΗ χρόνῳ. διὰ ταὐτὰ δὴ καὶ τὰν ΒΔ γραμμὰν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὸ σαμεῖον ἐνηνέκται, ὅσος ἐστὶν ὁ ΚΗ χρόνος. ἐπεὶ οὖν μείζων ἐστὶν ἁ ΑΔ γραμμὰ τᾶς ΒΔ, δῆλον, ὅτι ἐν πλείονι χρόνῳ τὸ σαμεῖον τὰν ΔΑ διαπορευέται γραμμάν, ἢ τὰν ΒΔ. ὥστε ὁ χρόνος ὁ ΛΗ μείζων ἐστὶ τοῦ ΚΗ χρόνου. ὁμοίως δὲ δειχθησέται, καὶ εἴ κα ἐκ τῶν χρόνων τῶν ΖΗ, ΗΘ συντεθέωντι χρόνοι καθ' ἀντινοῦν σύνθεσιν, ὥστε ὑπερέχειν τὸν ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ὅτι καὶ τᾶν ἐκ τᾶν γραμμᾶν τᾶν ΓΔ, ΔΕ κατὰ τὰν αὐτὰν σύνθεσιν συντεθεισᾶν ὑπερέξει ἁ ὁμόλογος τῷ ὑπερέχοντι χρόνῳ. δῆλον οὖν, ὅτι τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον ἁ ΓΔ ποτὶ τὰν ΔΕ, ὃν ὁ χρόνος ὁ ΖΗ ποτὶ τὸν χρόνον τὸν ΗΘ.

---

1. *οσακ* cum comp. *ης* F, ut lin. 2, 9. 6. *τωσουτω* F. *εκαστ* cum comp. *ην* F; corr. Torellius. 11. *τὰ αὐτά* Torellius. 17. *αἴκα* Torellius, ut fere semper.

in tempore AH. quoties autem linea $\varDelta E$ in linea $\varDelta B$ continetur, toties contineatur tempus ΘH in tempore KH. iam quoniam suppositum est, punctum in linea AB aequabiliter ferri, adparet, quo tempore lineam $\Gamma\varDelta$ permeat, eo etiam singulas lineae $\Gamma\varDelta$ aequales permeare. manifestum igitur est, punctum illud etiam lineam compositam $A\varDelta$ eo tempore permeare, quantum est tempus AH, quoniam, quoties linea $\Gamma\varDelta$ in linea $A\varDelta$ continetur, toties continetur tempus ZH in tempore AH. eadem igitur de causa etiam lineam $B\varDelta$ eo tempore permeat punctum, quantum est tempus KH. iam quoniam $A\varDelta > B\varDelta$, adparet, punctum longiore tempore lineam $\varDelta A$ permeare quam lineam $B\varDelta$. quare erit $AH > KH$. et eodem modo demonstrabimus, etiam si ex temporibus ZH, $H\Theta$ tempora componantur, quotiescumque in iis illa tempora contineantur, ita ut alterum excedat alterum, etiam linearum ex lineis $\Gamma\varDelta$, $\varDelta E$ toties sumptis, quoties tempora ZH, $H\Theta$, compositarum eam excedere alteram, quae tempori excedenti respondeat. adparet igitur, esse $\Gamma\varDelta : \varDelta E = ZH : H\Theta$ [Eucl. V def. 5].

β'.

Εἴ κα δύο σαμείων ἑκατέρου κατά τινος γραμμᾶς ἐνεχθέντος μὴ τᾶς αὐτᾶς ἰσοταχέως αὐτοῦ ἑαυτῷ φερομένου λαφθέωντι ἐν ἑκατέρᾳ τᾶν γραμμᾶν δύο γραμμαί, ἄν αἵ τε πρώται ἐν ἴσοις χρόνοις ὑπὸ τῶν σαμείων διανυέσθων καὶ αἱ δευτέραι, τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον ποτ' ἀλλάλας αἱ λαφθεῖσαι γραμμαί.

ἔστω κατὰ τᾶς AB γραμμᾶς ἐνηνεγμένον τι σαμεῖον ἰσοταχέως αὐτὸ ἑαυτῷ, καὶ ἄλλο κατὰ τᾶς $K\Lambda$. λελάφθωσαν δὲ ἐν τᾷ AB δύο αἱ $\Gamma\Delta$, ΔE γραμμαί, καὶ ἐν τᾷ $K\Lambda$ αἱ ZH, $H\Theta$, ἐν ἴσῳ δὲ χρόνῳ τὸ κατὰ τᾶς AB γραμμᾶς ἐνηνεγμένον σαμεῖον τὰν $\Gamma\Delta$ γραμμὰν διαπορευέσθω, ἐν ὅσῳ τὸ ἕτερον κατὰ τᾶς $K\Lambda$ ἐνηνεγμένον τὰν ZH· ὁμοίως καὶ τὰν ΔE γραμμὰν ἐν ἴσῳ διαπορευέσθω τὸ σαμεῖον, ἐν ὅσῳ τὸ ἕτερον τὰν $H\Theta$. δεικτέον, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἁ $\Gamma\Delta$ ποτὶ τὰν ΔE, ὃν ἁ ZH ποτὶ τὰν $H\Theta$.

ἔστω δὴ ὁ χρόνος, ἐν ᾧ τὰν $\Gamma\Delta$ γραμμὰν διεπορεύετο τὸ σαμεῖον, ὁ MN. ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὸ ἕτερον σαμεῖον διαπορευέται τὰν ZH. πάλιν δὲ καί, ἐν ᾧ τὰν ΔE γραμμὰν διεπορεύετο τὸ σαμεῖον, ἔστω ὁ $N\Xi$ χρόνος. ἐν τούτῳ δὴ καὶ τὸ ἕτερον σαμεῖον διαπορευέται τὰν $H\Theta$. τὸν αὐτὸν δὴ λόγον ἑξοῦντι ἅ τε $\Gamma\Delta$ ποτὶ τὰν ΔE γραμμάν, ὃν ὁ χρόνος ὁ MN ποτὶ $N\Xi$, καὶ ἁ ZH ποτὶ τὰν $H\Theta$, ὃν ὁ χρόνος ὁ MN ποτὶ τὸν $N\Xi$. δῆλον οὖν, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ἁ $\Gamma\Delta$ ποτὶ τὰν ΔE, ὃν ἁ ZH ποτὶ τὰν $H\Theta$.

---


3. αὐτοῦ] scripsi; αυτω F, uulgo. 4. λαφθενωντι F. 5. ἄν] addidi; om. F, uulgo. σαμείων] sic F. 9. εαυτο F.

II.

Si duo puncta in sua quodque linea sibi ipsa aequabiliter feruntur, et in utraque linea duae lineae sumuntur, quarum linearum et priores et posteriores aequalibus temporibus a punctis permeentur, lineae sumptae eandem inter se rationem habebunt.

feratur in linea AB punctum aliquod sibi ipsum aequabiliter, et in linea $K\Lambda$ aliud punctum eodem modo. sumantur autem in linea AB duae lineae $\Gamma\Delta$, ΔE, et in linea $K\Lambda$ lineae ZH, $H\Theta$, et punctum, quod in linea AB fertur, eodem tempore lineam $\Gamma\Delta$ permeet, quo alterum punctum, quod in linea $K\Lambda$ fertur, lineam ZH permeat. et eodem modo etiam lineam ΔE eodem tempore permeet punctum, quo alterum lineam $H\Theta$ permeat. demonstrandum est, esse $\Gamma\Delta : \Delta E = ZH : H\Theta$.

tempus igitur, quo punctum lineam $\Gamma\Delta$ permeauit, sit MN. itaque hoc tempore alterum punctum lineam ZH permeat. rursus autem tempus, quo punctum lineam ΔE permeauit, sit $N\Xi$. hoc igitur tempore etiam alterum punctum lineam $H\Theta$ permeat. erit



igitur $\Gamma\Delta : \Delta E = MN : N\Xi$ et $ZH : H\Theta = MN : N\Xi$ [prop. 1]. adparet igitur, esse $\Gamma\Delta : \Delta E = ZH : H\Theta$.

---

10. *τᾶ*] *τω* F; corr. B. 14. *ἐνηνεγμένον*] scripsi; *ηνεγμενον* F, uulgo. 15. *σαμεὶον*] sic F, ut lin. 12. 21. *δέ*] Torellius; *δη* F, uulgo. 25. *ποτί*] (prius) *προς* per comp. F; corr. Torellius. 26. $N\Xi$] $M\Xi$ F. 27. *εχωντι* F.

γ'.

Κύκλων δοθέντων ὁποσωνοῦν τῷ πλήθει δυνατόν ἐστιν εὐθεῖαν λαβεῖν μείζονα ἐοῦσαν τᾶν τῶν κύκλων περιφερειᾶν.

περιγραφέντος γὰρ περὶ ἕκαστον τῶν κύκλων πολυγώνου δῆλον, ὡς ἡ ἐκ πασᾶν συγκειμένα τᾶν περιμέτρων εὐθεῖα μείζων ἐσσεῖται πασᾶν τᾶν τῶν κύκλων περιφερειᾶν.

δ'.

Δύο γραμμᾶν δοθεισᾶν ἀνισᾶν, εὐθείας τε καὶ κύκλου περιφερείας, δυνατόν ἐστι λαβεῖν εὐθεῖαν τᾶς μὲν μείζονος τᾶν δοθεισᾶν γραμμᾶν ἐλάσσονα, τᾶς δὲ ἐλάσσονος μείζονα.

ὁσάκις γὰρ ἁ ὑπεροχά, ᾇ ὑπερέχει ἁ μείζων γραμμὰ τᾶς ἐλάσσονος, αὐτὰ ἑαυτᾷ συντιθεμένα ὑπερέξει τᾶς εὐθείας, εἰς τοσαῦτα ἴσα διαιρεθείσας τᾶς εὐθείας τὸ ἓν τμᾶμα ἔλασσον ἐσσεῖται τᾶς ὑπεροχᾶς. εἰ μὲν οὖν κα ᾖ ἁ περιφέρεια μείζων τᾶς εὐθείας, ἑνὸς τμάματος ποτιτεθέντος ποτὶ τὰν εὐθεῖαν τᾶς μὲν ἐλάσσονος τᾶν δοθεισᾶν δῆλον ὡς μείζων ἐσσεῖται, τᾶς δὲ μείζονος ἐλάσσων. εἰ δέ κα ἐλάσσων, ἑνὸς τμάματος ποτιτεθέντος ποτὶ τὰν περιφέρειαν ὁμοίως τᾶς μὲν ἐλάσσονος μείζων ἐσσεῖται, τᾶς δὲ μείζονος ἐλάσσων. καὶ γὰρ ἁ ποτικειμένα ἐλάσσων ἐστὶ τᾶς ὑπεροχᾶς.

2. *ὁποσ* cum compp. *ων* et *οὖν* F. 3. *ουσαν* F, uulgo. 6. *πασων* F, uulgo. *συγκειμενη των* F, uulgo. 7. *ἐσσεῖται*] scripsi; *ἔσται* per comp. F; uulgo. 11. *λαβ* cum comp. *ην* F. 15. *αὐτὰ ἑαυτᾷ*] scripsi; *αυτα* F, uulgo. 16. *εἰς*] scripsi; *και εις* F, uulgo. 17. *ἐσσεῖται*] scripsi cum B; *ἔσται* per comp. F, uulgo. 18. *κα ᾖ*] scripsi; *και* F, uulgo. 20. *μείζων*] scripsi; *μειζον* F, uulgo. *μειζον* cum comp. *ας* F. 21. *εἰ δέ κα* usque ad *μείζονος ἐλάσσων* lin. 23 addidi; om. F, uulgo.

III.

Datis circulis quotlibet numero fieri potest, ut sumatur linea maior, quam ambitus circulorum: circumscripto enim circum singulos circulos polygono adparet, lineam ex omnibus eorum perimetris compositam maiorem futuram esse, quam omnes ambitus circulorum [de sph. et. cyl. I, 1].

IV.

Datis duabus lineis inaequabilibus, recta linea et circuli ambitu, fieri potest, ut sumatur linea recta minor maiore linearum datarum, minore autem maior.

nam quoties excessus, quo maior linea minorem excedit, sibi ipse adiectus lineam rectam excedet[1]), in tot partes aequales diuisa linea recta una pars minor erit excessu. iam si ambitus maior est linea recta, adparet, si unam partem ad lineam rectam adiiciamus, summam maiorem fore minore linearum datarum, minorem uero maiore. sin minor est [ambitus quam linea recta], si unam partem ad ambitum adiicimus, summa rursus minore linea maior erit, maiore autem minor. nam quae adiicitur, minor est excessu.[2])

---

1) Hoc fieri potest per lemma p. 14.

2) Sit p ambitus, l linea recta; erit igitur, si $p > l$,

$$n(p-l) > l \supset: p - l > \frac{1}{n} l,\ p > l + \frac{1}{n} l;\ \text{quare}\ p > l + \frac{1}{n} l > l.$$

sin $l > p$, erit: $n(l-p) > l \supset: l - p > \frac{1}{n} l,\ l > p + \frac{1}{n} l;$ quare $l > p + \frac{1}{n} l > p.$

ε'.

Κύκλου δοθέντος καὶ εὐθείας ἐπιψαυούσας τοῦ κύκλου δυνατόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου ἀγαγεῖν εὐθεῖαν ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν, ὥστε τὰν μεταξὺ τᾶς ἐπιψαυούσας καὶ τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας εὐθεῖαν ποτὶ τὰν ἐκ τοῦ κέντρου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, ἢ ἁ περιφέρεια τοῦ κύκλου ἁ μεταξὺ τᾶς ἁφᾶς καὶ τᾶς διαχθείσας ποτὶ τὰν δοθεῖσαν ὁποιανοῦν κύκλου περιφέρειαν.

δεδόσθω κύκλος ὁ ΑΒΓ, κέντρον δὲ αὐτοῦ τὸ Κ, καὶ ἐπιψαυέτω τοῦ κύκλου ἁ ΔΖ κατὰ τὸ Β. δεδόσθω δὲ καὶ κύκλου περιφέρεια ὁποιαοῦν. δυνατὸν δή ἐστι τᾶς δοθείσας περιφερείας λαβεῖν τινα εὐθεῖαν μείζονα, καὶ ἔστω ἁ Ε εὐθεῖα μείζων τᾶς δοθείσας περιφερείας. ἄχθω δὲ ἀπὸ τοῦ Κ κέντρου παρὰ τὰν ΔΖ ἁ ΑΗ, καὶ κείσθω ἁ ΗΘ ἴσα τᾷ Ε νεύουσα ἐπὶ τὸ Β, ἀπὸ δὲ τοῦ Κ κέντρου ἐπὶ τὸ Θ ἐπιζευχθεῖσα ἐκβεβλήσθω. τὸν αὐτὸν δὴ λόγον ἔχει ἁ ΘΖ ποτὶ τὰν ΘΚ, ὃν ἁ ΒΘ ποτὶ τὰν ΘΗ. ἁ ἄρα ΖΘ ποτὶ τὰν ΘΚ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τοῦ, ὃν ἁ ΒΘ περιφέρεια ποτὶ τὰν δοθεῖσαν περιφέρειαν, διότι ἁ μὲν ΒΘ εὐθεῖα ἐλάσσων ἐστὶ τᾶς ΒΘ περιφερείας, ἁ δὲ ΘΗ μείζων τᾶς δοθείσας περιφερείας. ἐλάσσονα οὖν λόγον ἔχει καὶ ἁ ΖΘ ποτὶ τὰν ἐκ τοῦ κέντρου, ἢ ἁ ΒΘ περιφέρεια ποτὶ τὰν δοθεῖσαν περιφέρειαν.


---

2. επιψανουσης F; corr. Torellius. 12. δή] scripsi; δε F, uulgo. 15. ἀπό] διά? 17. δέ] scripsi; δη F, uulgo. 19. ἁ] (alt.) scripsi; η F, uulgo. 20. ὃν ἔχει ἁ suspicatur Torellius.

V.

Dato circulo et linea circulum contingenti fieri potest, ut a centro circuli ad contingentem linea ducatur, ita ut linea inter contingentem et ambitum circuli posita ad radium eam rationem habeat, quam ambitus circuli inter punctum contactus et lineam productam positus ad quemlibet datum ambitum circuli.

datus sit circulus $AB\Gamma$, et centrum eius sit K, et ΔZ circulum in B contingat. datus sit etiam quilibet ambitus circuli. fieri igitur potest, ut sumatur linea aliqua dato ambitu maior [prop. 3], et sit E dato ambitu maior. ducatur autem a centro K lineae ΔZ parallela linea AH, et ponatur $H\Theta$ linea lineae E aequalis ad punctum B uergens[1]), et [linea] a K puncto ad Θ ducta producatur. erit igitur



$$\Theta Z : \Theta K = B\Theta : \Theta H.$$[2])

itaque $Z\Theta : \Theta K$ minorem rationem habet, quam ambitus $B\Theta$ ad datum ambitum, quia linea $B\Theta$ minor est ambitu $B\Theta$ [de sph. et cyl. I λαμβ. 1 p. 8], et linea ΘH [quia lineae E aequalis est] maior ambitu dato [cfr. Eucl. V, 8]. itaque $Z\Theta$ ad radium minorem rationem habet, quam ambitus $B\Theta$ ad datum ambitum.

---


1) Quod quo modo fieri possit, Archimedes non dicit; cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 66 nr. 3.

2) Nam cum $\Delta Z \parallel AH$, erit $\angle BZ\Theta = \Theta KH$; et
$$\angle B\Theta Z = K\Theta H;$$
quare $B\Theta Z \sim K\Theta H$; tum u. Eucl. VI, 4.

ϛʹ.

Κύκλου δοθέντος καὶ ἐν τῷ κύκλῳ γραμμᾶς ἐλάσσονος τᾶς διαμέτρου δυνατὸν ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου ποτὶ τὰν περιφέρειαν αὐτοῦ ποτιβαλεῖν εὐθεῖαν τέμνουσαν τὰν ἐν τῷ κύκλῳ δεδομέναν γραμμάν, ὥστε τὰν ἀπολαφθεῖσαν εὐθεῖαν μεταξὺ τᾶς περιφερείας καὶ τᾶς εὐθείας τᾶς ἐν τῷ κύκλῳ δεδομένας ποτὶ τὰν ἐπιζευχθεῖσαν ἀπὸ τοῦ πέρατος τᾶς ποτιπεσούσας τοῦ ἐπὶ τᾶς περιφερείας ποτὶ τὸ ἕτερον πέρας τᾶς ἐν τῷ κύκλῳ δεδομένας εὐθείας τὸν ταχθέντα λόγον ἔχειν, εἴ κα ὁ δοθεὶς λόγος ἐλάσσων ᾖ τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἡμίσεια τᾶς ἐν τῷ κύκλῳ δεδομένας ποτὶ τὰν ἀπὸ τοῦ κέντρου κάθετον ἐπ' αὐτὰν ἀγμέναν.

δεδόσθω κύκλος ὁ ΑΒΓ, κέντρον δὲ αὐτοῦ τὸ Κ, καὶ ἐν αὐτῷ δεδόσθω εὐθεῖα ἐλάσσων τᾶς διαμέτρου ἁ ΓΑ, καὶ λόγος, ὃν ἔχει ἁ Ζ ποτὶ Η, ἐλάσσων τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΓΘ ποτὶ τὰν ΚΘ, καθέτου ἐούσας τᾶς ΚΘ. ἄχθω δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου παρὰ τὰν ΑΓ ἁ ΚΝ, καὶ τᾷ ΚΓ ποτ' ὀρθὰς ἁ ΓΛ. ὁμοῖα δή ἐστι τὰ ΓΘΚ, ΓΚΛ τρίγωνα. ἔστιν οὖν, ὡς ἁ ΓΘ ποτὶ τὰν ΘΚ, οὕτως ἁ ΚΓ ποτὶ τὰν ΓΛ. ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ Ζ ποτὶ τὰν Η, ἢ ἁ ΚΓ ποτὶ τὰν ΓΛ. ὃν δὴ λόγον ἔχει ἁ Ζ ποτὶ τὰν Η, τοῦτον ἐχέτω ἁ ΚΓ ποτὶ μείζονα τᾶς ΓΛ. ἐχέτω ποτὶ τὰν ΒΝ. κείσθω δὲ ἁ ΒΝ μεταξὺ τᾶς περιφερείας καὶ τᾶς εὐθείας διὰ τοῦ Γ·



10. πέρας] μερος F; corr. Torellius. 11. κα] scripsi; και F, uulgo. ᾖ] scripsi; ην F, uulgo. 13. αγμενων F; corr.

VI.

Dato circulo et in circulo linea minore, quam diametrus est, fieri potest, ut a centro circuli ad ambitum eius ponatur linea lineam in circulo datam secans, ita ut linea inter ambitum et lineam in circulo datam comprehensa ad lineam, quae ducitur ab eo termino lineae ad ambitum ductae, qui in ambitu est, ad utrumuis terminum lineae in circulo datae datam rationem habeat, si ratio data minor est ea, quam habet dimidia pars lineae in circulo datae ad lineam a centro ad eam perpendicularem ductam.

sit datus circulus $AB\Gamma$, et centrum eius K, et in eo data sit linea $\Gamma\varDelta$ minor diametro, et ratio, quam habet $Z:H$, minor ea, quam habet $\Gamma\Theta:K\Theta$, perpendiculari ducta linea $K\Theta$. ducatur autem a centro linea KN lineae $\varDelta\Gamma$ parallela, et linea $\Gamma\varDelta$ ad $K\Gamma$ perpendicularis. erit igitur $\Gamma\Theta K \sim \Gamma K\varDelta$ [Eucl. I, 29]. quare $\Gamma\Theta:\Theta K = K\Gamma:\Gamma\varDelta$ [Eucl. VI, 4]. erit igitur $Z:H < K\Gamma:\Gamma\varDelta$. itaque quam rationem habet $Z:H$, eam habebit $K\Gamma$ ad lineam maiorem linea $\Gamma\varDelta$ [Eucl. V, 10]. habeat ad lineam BN. et ponatur linea BN per punctum Γ[1]) inter ambitum et lineam [KN].[2]) fieri enim potest, ut ita secetur.[3]) et cadet

1) Cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 66 not.

2) Per τᾶς εὐθείας lin. 29 uidetur significari linea $\varDelta\Gamma$. quod cum ferri nequeat, fortasse addendum τᾶς KN.

3) Hoc problema eodem fere redit, quo problema p. 23 not. 1 commemoratum.


Torellius. 16. ποτί] προς per comp. F; corr. Torellius. 17. ουσας F, uulgo. 18. δὲ καί B, ed. Basil. 19. τη F, uulgo. 27. ἐχέτω ἁ] ἕξει ἁ? ποτί] προς per comp. F; corr. Torellius. 28. ποτί] om. F; corr. Torellius; fort. del. ἐχέτω.

δυνατὸν δέ ἐστιν οὕτως τεμεῖν· καὶ πεσεῖται ἐκτός, ἐπεὶ μείζων ἐστὶν τᾶς ΓΛ. ἐπεὶ οὖν ἁ ΚΒ ποτὶ ΒΝ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ Ζ ποτὶ Η, καὶ ἁ ΕΒ ποτὶ ΒΓ τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον, ὃν ἁ Ζ ποτὶ Η.

ζʹ.

Τῶν αὐτῶν δεδομένων καὶ τᾶς ἐν τῷ κύκλῳ εὐθείας ἐκβεβλημένας δυνατόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ κέντρου ποτιβαλεῖν ποτὶ τὰν ἐκβεβλημέναν, ὥστε τὰν μεταξὺ τᾶς περιφερείας καὶ τᾶς ἐκβεβλημένας ποτὶ τὰν ἐπιζευχθεῖσαν ἀπὸ τοῦ πέρατος τᾶς ἐναπολαφθείσας ποτὶ τὸ πέρας τᾶς ἐκβεβλημένας τὸν ταχθέντα λόγον ἔχειν, εἴ κα ὁ δοθεὶς λόγος μείζων ᾖ τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἡμίσεια τᾶς ἐν τῷ κύκλῳ δεδομένας ποτὶ τὰν ἀπὸ τοῦ κέντρου κάθετον ἐπ' αὐτὰν ἀγμέναν.

δεδόσθω τὰ αὐτά, καὶ ἔστω ἁ ἐν τῷ κύκλῳ γραμμὰ ἐκβεβλημένα, ὁ δὲ δοθεὶς λόγος ἔστω, ὃν ἔχει ἁ Ζ ποτὶ τὰν Η, μείζων τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΓΘ ποτὶ τὰν ΘΚ. μείζων οὖν ἐσσεῖται καὶ τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΚΓ ποτὶ ΓΛ. ὃν δὴ λόγον ἔχει ἁ Ζ ποτὶ Η, τοῦτον ἕξει ἁ ΚΓ ποτὶ ἐλάσσονα τᾶς ΓΛ· ἐχέτω



ποτὶ ΙΝ νεύουσαν ἐπὶ τὸ Γ· δυνατὸν δέ ἐστιν οὕτως τέμνειν· καὶ πεσεῖται ἐντὸς τᾶς ΓΛ, ἐπειδὴ ἐλάσσων ἐστὶ τᾶς ΓΛ. ἐπεὶ οὖν τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἁ ΚΓ

---

2. *ΚΒ*] *ΚΒΓ* expuncta *Γ* F; *ΚΓ* BC*; *ΓΚ* VD; *ΒΚ* ed. Basil., Torellius. *ποτί*] *προς* per comp. F; corr. C*. 3. *τὰν Η* ed. Basil., Torellius. 8. *εὐθεῖαν ποτί* susp. Torellius;

extra [lineam $\Gamma\Lambda$] [1]), quia maior est linea $\Gamma\Lambda$. iam quoniam $KB : BN = Z : H$ [nam $KB = K\Gamma$], erit etiam $EB : B\Gamma = Z : H$ [nam $KB : BN = EB : B\Gamma$; Eucl. VI, 2].

VII.

Iisdem datis et linea in circulo posita producta fieri potest, ut a centro ad lineam productam ponatur linea, ita ut linea inter ambitum et lineam productam ad lineam, quae a termino lineae [in circulo] comprehensae ad terminum productae ducitur, datam rationem habeat, si data ratio maior est ea, quam habet dimidia pars lineae in circulo datae ad lineam a centro ad eam perpendicularem ductam.

eadem data sint, et linea in circulo posita producatur, et data ratio sit $Z : H$, maior quam $\Gamma\Theta : \Theta K$. quare etiam $Z : H > K\Gamma : \Gamma\Lambda$. [2]) quam igitur rationem habet $Z : H$, eam habebit $K\Gamma$ ad lineam minorem linea $\Gamma\Lambda$ [Eucl. V, 10]; habeat ad lineam IN ad punctum Γ uergentem. fieri autem potest, ut ita secetur. [3]) et intra lineam $\Gamma\Lambda$ cadet, quoniam

---

1) Puto, haec uerba audiri posse, neque necesse esse cum Nizzio scribere: τέμνειν, καὶ πεσεῖται ἐκτὸς τᾶς $\Gamma\Lambda$ lin. 1.

2) Nam $K\Gamma\Theta \sim K\Gamma\Lambda$; quare $\Gamma\Theta : \Theta K = K\Gamma : \Gamma\Lambda$ (Eucl. VI, 4).

3) U. prop. 5 p. 23 not. 1.

---

probat Nizzius. 10. εναπολημφθεισας F. 12. κα] scripsi; και F, uulgo. 15. εστω per comp., addito στε F; ἑστώτε C. 21. ποτί] προς per comp. F; corr. Torellius, ut lin. 22, 23, 25, p. 28 lin 1 (ter). 26. τεμν cum comp. ην F. της F; corr. Torellius. 27. της per comp. F; corr. Torellius.

ποτὶ ΙΝ, ὃν ἁ Ζ ποτὶ Η, καὶ ἁ ΕΙ ποτὶ ΙΓ τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον, ὃν ἁ Ζ ποτὶ τὰν Η.

η'.

3 δῆλον. ἐπεὶ γὰρ ὑποκεῖται τὰν περίμετρον τᾶς γᾶς μὴ μείζονα εἶμεν ἢ τριακοσίας μυριάδας σταδίων, ἁ δὲ περίμετρος τᾶς γᾶς μείζων ἐστὶν ἢ τριπλασία τᾶς διαμέτρου διὰ τὸ παντὸς κύκλου τὰν περιφέρειαν μείζονα εἶμεν ἢ τριπλασίονα τᾶς διαμέτρου, δῆλον, ὡς ἁ διάμετρος τᾶς γᾶς ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων ρ΄ μυριάδες. ἐπεὶ οὖν ἁ τοῦ κόσμου διάμετρος ἐλάττων ἐστὶν ἢ μυριοπλασίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς, δῆλον, ὡς ἁ τοῦ κόσμου διάμετρος ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων

4 μυριάκις μυριάδες ρ΄. περὶ μὲν οὖν τῶν μεγεθέων καὶ τῶν ἀποστημάτων ταῦτα ὑποτιθέμαι, περὶ δὲ τοῦ ψάμμου τάδε· εἴ κα ᾖ τι συγκείμενον μέγεθος ἐκ τοῦ ψάμμου μὴ μεῖζον μάκωνος, τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ μὴ μείζονα εἶμεν μυρίων, καὶ τὰν διάμετρον τᾶς μάκωνος μὴ ἐλάττονα εἶμεν ἢ τετρωκοστομόριον δακτύλου. ὑπο-

---

5. ὅ κα] ὁ και F; corr. Wallis. ᾖ] addidi; om. F, uulgo. ἰσόπλευρον] scripsi; εισ ο ε̄θ πλευραν (αν per comp.) εον F, uulgo; ἰσόπλευρον ἐόν Wallis, Torellius. πολυγωνότερον] scripsi; πολυγωνου οτι (per comp.) F, uulgo; πολυγωνιώτερον Wallis, Torellius. 6. εγγεγραμμενου F; corr. Wallis. ἐν τῷ κύκλῳ] scripsi; μεν του κυκλου F, uulgo; μὲν τῷ κύκλῳ

sumpta, maior autem quam triplo maior diametro mundi (nam demonstratum est, cuiusuis circuli diametrum minorem esse tertia parte perimetri cuiusuis polygoni circulo inscripti, quod aequilaterum sit et plus quam sex latera habeat)[1]), diametrus mundi minor erit diametro terrae decies millies sumpta. itaque demonstratum est, diametrum mundi minorem esse diametro terrae decies millies sumpta. diametrum autem mundi minus quam stadia 10000000000 longam esse, inde adparet. nam quoniam suppositum est, peri- 3
metrum terrae non plus quam 3000000 stadia longam esse [hypoth. 4], et perimetrus terrae maior est quam triplo maior diametro, quia cuiusuis circuli ambitus maior est quam triplo maior diametro [*κύκλ. μετρ.* 3], adparet, diametrum terrae minus quam 1000000 stadia longam esse. iam quoniam diametrus mundi minor est diametro terrae decies millies sumpta, adparet, diametrum mundi minus quam 10000000000 stadia longam esse. de magnitudinibus igitur et distantiis haec sup- 4
pono, de arena autem haecce: si ex arena magnitudo colligatur non maior semine papaueris, numerum arenae non maiorem esse quam 10000, et diametrum seminis papaueris non minorem esse quadragesima parte

1) Nam perimetrus hexagoni triplo maior est diametro (Eucl. IV, 5 *πόρισμ.*), et quo plura sunt latera, eo maiores sunt perimetri.

Wallis, Torellius. 9. *τᾶς γᾶς* ad *διάμετρος* lin. 10 suppleui; om. F, uulgo. 12. *τάν*] *τον* per comp. FD, ed. Basil. 13. *ἁ*] *εστιν* (comp.) *ἁ* F; corr. Wallis. 14. *ἤ*] om. F; corr. AB. 16. *τριπλασι* cum comp. *ων* F; corr. B. 21. *μυριακ* cum comp. *ης* F. *μὲν οὖν τῶν*] addidi; om. F, uulgo. 24. *μεῖζον*] *μειζ* cum comp. *ων* F; corr. B. 26. *τετρωκοστομόριον*] Ahrens cum V manu 2; *τετρωκοντομοριον* F, uulgo.

τιθέμαι δὲ τοῦτο ἐπισκεψάμενος τόνδε τὸν τρόπον· ἐτέθεν ἐπὶ κανόνα λεῖον μακώνες ἐπ' εὐθείας ἐπὶ μίαν κειμέναι ἁπτομέναι ἀλλαλᾶν, καὶ ἀνελάβον αἱ κε' μακώνες πλέονα τόπον δακτυλιαίου μάκεος. ἐλάττονα οὖν τιθεὶς τὰν διάμετρον τᾶς μάκωνος ὑποτιθέμαι ὡς τετρωκοστομόριον εἶμεν δακτύλου καὶ μὴ ἐλάττονα, βουλόμενος καὶ διὰ τούτων ἀναμφιλογώτατα δεικνύσθαι τὸ προκείμενον.

1 III. Ἃ μὲν οὖν ὑποτιθέμαι, ταῦτα. χρήσιμον δὲ εἶμεν ὑπολαμβάνω τὰν κατονόμαξιν τῶν ἀριθμῶν ῥηθήμεν, ὅπως καὶ τῶν ἄλλων οἱ τῷ βιβλίῳ μὴ περιτετευχότες τῷ ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένῳ μὴ πλανώνται διὰ τὸ μηδὲν εἶμεν ὑπὲρ αὐτᾶς ἐν τῷδε τῷ
2 βιβλίῳ προειρημένον. συμβαίνει δὴ τὰ ὀνόματα τῶν ἀριθμῶν ἐς τὸ μὲν τῶν μυρίων ὑπάρχειν ἁμῖν παραδεδομένα, καὶ ὑπὲρ τὸ τῶν μυρίων [μὲν] ἀποχρεόντως ἐγγιγνώσκομες μυριάδων ἀριθμὸν λεγόντες ἔστε ποτὶ τὰς μυρίας μυριάδας. ἔστων οὖν ἁμῖν οἱ μὲν νῦν εἰρημένοι ἀριθμοὶ ἐς τὰς μυρίας μυριάδας πρῶτοι καλουμένοι. τῶν δὲ πρώτων ἀριθμῶν αἱ μυρίαι μυριάδες μονὰς καλείσθω δευτέρων ἀριθμῶν, καὶ ἀριθμείσθων τῶν δευτέρων μονάδες καὶ ἐκ τᾶν μονάδων δεκάδες καὶ ἑκατοντάδες καὶ χιλιάδες καὶ μυριάδες ἐς τὰς μυρίας μυριάδας. πάλιν δὲ καὶ αἱ μυρίαι μυρι-

---

3. *αλλαλων* F; corr. C. 4. *δακτυλι αἱ* F. *οὖν*] addidi; om. F, uulgo. 7. *ἀναμφιλογώτατα*] scripsi; *αναμφιλογωτατον* F; uulgo. 10. *αριθμ* cum comp. *ον* F. 11. *περιτετευχότες*] *περιτευατ' ἐς* F; corr. Nizze. 12. *τῷ*] *το* F; corr. Wallis. 14. *προειρημινων* F; corr. Riualtus. 15. *τό*] *τα* F; corr. Wallis. *μέν*] corruptum? 16. *τό*] addidi; om. F, uulgo. *μέν*] deleo. *ὑπὲρ τῶν μειζόνων ἀποχρεόντως* Gertzius. 17. *ἐγγιγνώσκομες*] scripsi; *εγιγνωσκομεν* F, uulgo; *γιγνώσκομες* Gertzius. *ἔστε ποτί*] scripsi; *ες τοις ποτι* F, uulgo; *ἐς* Wal-

digiti. hoc autem suppono re hoc modo examinata: in regula laeui semina papaueris in eadem linea recta posita sunt, ita ut inter se tangerent, et uiginti quinque semina spatium maius longitudine digitali expleuerunt. diametrum igitur seminis papaueris minorem ponens eam quadragesimam fere partem digiti nec minorem esse suppono, propositum etiam, quod ad hanc rem pertinet, quam certissime demonstrari cupiens.[1])

III. Haec sunt igitur, quae suppono. utile autem 1
esse existimo, denominationem numerorum exponi, ut
ceterorum quoque qui in librum ad Zeuxippum missum non inciderunt, ne haereant, quod nihil de ea hoc
in libro dictum sit. accidit igitur, ut nomina numerorum 2
ad 10000 nobis tradita sint, et super 10000 satis ea intellegimus myriades numerantes usque ad 100000000. hi igitur numeri usque ad 100000000 primi uocentur. sed decem millia myriadum primorum numerorum unitas uocetur secundorum numerorum, et numerentur secundorum numerorum unitates et ex unitatibus decades et hecatontades et chiliades et myriades ad decem millia myriadum. rursus autem etiam decem

1) Cfr. Kästner: Gesch. d. Mathem. II p. 746.

lis, Torellius. 18. *μυρίας*] om. F; corr. Wallis. *ἔστων*] Wallis; *εστω* F, uulgo. 19. *τα μυριαν μυριαδ* cum comp. *ων* F; corr. Wallis. 21. *ἀριθμῶν*] om. F; corr. Wallis. *ἀριθμείσθων*] scripsi; *αριθμων* F, uulgo. 22. *δευτέρων ἀριθμῶν* Wallis, Torellius. *ἐκ τᾶν*] scripsi; *ἑκατον* F, uulgo; *αἱ ἀπὸ τῶν* B, *ἀπὸ τᾶν* Wallis, Torellius. 23. *ἐς τάς*] *εσται* F; corr. Wallis. 24. *μυρι* (cum comp. *ων*) *μυριαδων* F; corr. Wallis.

άδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν μονὰς καλείσθω τρίτων ἀριθμῶν, καὶ ἀριθμείσθων τῶν τρίτων ἀριθμῶν μονάδες καὶ ἀπὸ τᾶν μονάδων δεκάδες καὶ ἑκατοντάδες καὶ χιλιάδες καὶ μυριάδες ἐς τὰς μυρίας μυριάδας.
3 *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν τρίτων ἀριθμῶν μυρίαι μυριάδες μονὰς καλείσθω τετάρτων ἀριθμῶν, καὶ αἱ τῶν τετάρτων ἀριθμῶν μυρίαι μυριάδες μονὰς καλείσθω πέμπτων ἀριθμῶν, καὶ ἀεὶ οὕτως προαγόντες οἱ ἀριθμοὶ τὰ ὀνόματα ἐχόντων ἐς τὰς μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας. ἀποχρέοντι μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τοσοῦτον οἱ ἀριθμοὶ γιγνωσκομένοι. ἔξεστι*
4 *δὲ καὶ ἐπὶ πλέον προάγειν. ἔστων γὰρ οἱ μὲν νῦν εἰρημένοι ἀριθμοὶ πρώτας περιόδου καλουμένοι, ὁ δὲ ἔσχατος ἀριθμὸς τᾶς πρώτας περιόδου μονὰς καλείσθω δευτέρας περιόδου πρώτων ἀριθμῶν. πάλιν δὲ καὶ αἱ μυρίαι μυριάδες τᾶς δευτέρας περιόδου πρώτων ἀριθμῶν μονὰς καλείσθω τᾶς δευτέρας περιόδου δευτέρων ἀριθμῶν. ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ὁ ἔσχατος μονὰς καλείσθω δευτέρας περιόδου τρίτων ἀριθμῶν, καὶ ἀεὶ οὕτως οἱ ἀριθμοὶ προαγόντες τὰ ὀνόματα ἐχόντων τᾶς δευτέρας περιόδου ἐς τὰς μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας. πάλιν δὲ καὶ ὁ ἔσχατος ἀριθμὸς τᾶς δευτέρας περιόδου μονὰς καλείσθω τρίτας περιόδου πρώτων ἀριθμῶν, καὶ ἀεὶ οὕτως προαγόντων ἐς τὰς μυριακισμυριοστᾶς περιόδου μυριακισμυριοστῶν*

---

2. *ἀριθμείσθων*] scripsi; *αριθμεισθω* F, uulgo; *ἀριθμείσθωσαν* Wallis, Torellius. 3. *και αι απο* F, uulgo; *αἱ* deleui. 4. *ἐς τάς*] *εσται* F; corr. Wallis. *μυριαν μυριαδες* F; corr. Wallis. 6. *ἀριθμῶν*] ςς͡ F, ut infra saepius. 9. *εχοντες* F; corr. Wallis. *ἐς τάς*] *εσται* F; corr. Wallis. 10. *μυριαι μυριαδες* F; corr. Wallis. *αποχρεωντι* F; corr. VB. 11. *ἐπὶ τοσοῦτον*] scripsi; *απο τοσουντ* cum comp. *ων* F; *ἀπὸ το-*

millia myriadum secundorum numerorum unitas uo-
cetur tertiorum numerorum, et numerentur tertiorum
numerorum unitates et ab unitatibus decades et
hecatontades et chiliades et myriades ad decem
millia myriadum. et eodem modo etiam tertiorum 3
numerorum decem millia myriadum unitas uocetur
quartorum numerorum, et quartorum numerorum de-
cem millia myriadum unitas uocetur quintorum nu-
merorum, et semper hoc modo procedentes numeri
nominentur usque ad decem millia myriadum nume-
rorum centies millies millesimorum. et satis quidem
est, numeros hunc ad finem cognosci. sed licet etiam 4
ultra progredi. nam numeri, quos adhuc commemo-
rauimus, primae periodi numeri uocentur, et ultimus
numerus primae periodi unitas uocetur primorum nu-
merorum secundae periodi. rursus autem decem millia
myriadum primorum numerorum secundae periodi uni-
tas uocetur secundorum numerorum secundae periodi.
et eodem modo etiam horum ultimus unitas uocetur
tertiorum numerorum secundae periodi, et numeri
semper hoc modo procedentes periodi secundae no-
minentur usque ad decem millia myriadum numerorum
centies millies millesimorum. rursus autem ultimus
numerus secundae periodi unitas uocetur primorum
numerorum tertiae periodi, et semper hoc modo pro-
cedant usque ad decem millia myriadum numerorum
centies millies millesimorum periodi centies millies

σούτων uulgo. 13. *πρωτης* F; corr. Wallis. 14. *πρώτας*] om. F; corr. B. 16. *πρώτων* ad *περιόδου* lin. 17 om. F; corr. Wallis. 21. *ἐς τάς*] *εσται* F; corr. Wallis. 22. *μυριριαι μυριαδες* F; *μυρίαι μυριάδες* uulgo; corr. Wallis. 25. *τάς*] *ται* F; corr, Wallis.

5 ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας. τούτων δὲ οὕτως κατωνομασμένων, εἴ κα ἔωντι ἀριθμοὶ ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον ἑξῆς κειμένοι, ὁ δὲ παρὰ τὰν μονάδα δεκὰς ᾖ, ὀκτὼ μὲν αὐτῶν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι τῶν πρώτων ἀριθμῶν καλουμένων ἐσσοῦνται, οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς ἄλλοι ὀκτὼ τῶν δευτέρων καλουμένων, καὶ οἱ ἄλλοι τὸν αὐτὸν τρόπον τούτοις τῶν συνωνύμων καλουμένων ἐσσοῦνται τᾷ ἀποστάσει τᾶς ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν ἀπὸ τᾶς πρώτας ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν. τᾶς μὲν οὖν πρώτας ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν ὁ ὄγδοός ἐστιν ἀριθμὸς χιλίαι μυριάδες, τᾶς δὲ δευτέρας ὀκτάδος ὁ πρῶτος, ἐπεὶ δεκαπλασίων ἐστὶν τοῦ πρὸ αὐτοῦ, μυρίαι μυριάδες ἐσσεῖται. οὗτος δέ ἐστι μονὰς τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. ὁ δὲ ὄγδοος τᾶς δευτέρας ὀκτάδος ἐστὶ χιλίαι μυριάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. πάλιν δὲ καὶ τᾶς τρίτας ὀκτάδος ὁ πρῶτος, ἐπεὶ δεκαπλασίων ἐστὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ, μυρίαι μυριάδες ἐσσεῖται τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. οὗτος δέ ἐστιν μονὰς τῶν τρίτων ἀριθμῶν. φανερὸν δέ, ὅτι καὶ ὁποσαιοῦν ὀκτάδες ἑξοῦντι, ὡς εἰρήται.

6 χρήσιμον δέ ἐστι καὶ τόδε γιγνωσκόμενον. εἴ κα ἀριθμῶν ἀπὸ τᾶς μονάδος ἀνάλογον ἐόντων πολλαπλασιάζωντί τινες ἀλλάλους τῶν ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, ὁ γενόμενος ὁμοίως ἐσσεῖται ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἀπέχων ἀπὸ μὲν τοῦ μείζονος τῶν πολλαπλασιαξάντων ἀλλάλους, ὅσους ὁ ἐλάττων τῶν πολλαπλασιαξάντων ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον ἀπέχει,

---

1. μυριαι μυριαδες F; corr. Wallis. κατονομασμενων F, ed. Basil. 4. μέν] scripsi; ειεν F, uulgo; om. Wallis, Torellius. 6. καλουμενοι F; corr. Wallis. 8. τᾷ] addidi; om. F, uulgo. 9. τᾶς] (alt.) ά F; corr. B. 19. ὅτι] ἐστι per comp. F; corr. ed. Basil.; ἐστὶν ὅτι B. ὁποσαιοῦν] scripsi; πολλαι F, uulgo. 21. της per comp. F; corr. V. 22. εων-

millesimae.[1]) his autem ita denominatis, si numeri 5
aliquot dati sunt ab unitate in eadem proportione, et numerus unitati proximus decas est, octo eorum primi cum unitate ex numeris primis, qui uocantur, erunt, octo autem eos proxime sequentes ex secundis, et ceteri eodem modo ex numeris erunt eodem numero denominatis, qui distantiam octadis numerorum a prima octade indicat. primae igitur octadis numerorum octauus numerus est mille myriades, secundae autem octadis primus, quoniam aequalis est praecedenti decies sumpto, decem millia myriadum erunt. haec autem unitas est secundorum numerorum. et octauus numerus secundae octadis mille myriades sunt secundorum numerorum. et porro etiam tertiae octadis primus numerus, quoniam aequalis est praecedenti decies sumpto, decem millia myriadum erunt secundorum numerorum. haec autem unitas est tertiorum numerorum. et manifestum est, quotlibet octades ita fore, ut dictum est. uerum hoc quoque utile est 6
cognitu. si ex numeris ab unitate in eadem proportione positis, aliqui inter se multiplicantur eorum, qui in eadem proportione sunt, etiam productum in eadem erit proportione a maiore multiplicatorum tot numeros distans, quot minor multiplicatorum ab unitate distat

1) Conspectus horum numerorum systematis u. Quaest. Arch. p. 59; Nizze p. 218; Nesselmann: Algebra d. Griechen p. 122 sq. ultimus est $10^{8 \cdot 10^{16}}$.

των F; corr. Riualtus. *πολλαπλασιάζωντι*] scripsi; *πολλαπλασιαζοντες* F, uulgo. 23. *γενόμενος*] *ταν* F; corr. Wallis, deleto *ὁμοίως*. 24. *μὲν τοῦ μείζονος*] scripsi; *μεν* cum comp. *ουν* F, uulgo; *μειζονος* Wallis, Torellius. 26. *απεχη* F; corr. V.

ἀπὸ δὲ τᾶς μονάδος ἀφέξει ἑνὶ ἐλαττόνας, ἢ ὅσος
ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς συναμφοτέρων, οὓς ἀπέχοντι ἀπὸ μο-
7 νάδος οἱ πολλαπλασιαξάντες ἀλλάλους. ἔστων γὰρ
ἀριθμοί τινες ἀνάλογον ἀπὸ μονάδος, οἱ *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*,
Ε, *Ζ*, *Η*, *Θ*, *Ι*, *Κ*, *Λ*, μονὰς δὲ ἔστω ὁ *Α*. καὶ πε-
πολλαπλασιάσθω ὁ *Δ* τῷ *Θ*, ὁ δὲ γενόμενος ἔστω ὁ *Χ*.
λελάφθω δὴ ἐκ τᾶς ἀναλογίας ὁ *Λ* ἀπέχων ἀπὸ τοῦ
Θ τοσούτους, ὅσους ὁ *Δ* ἀπὸ μονάδος ἀπέχει. δεικτέον,
ὅτι ἴσος ἐστὶν ὁ *Χ* τῷ *Λ*. ἐπεὶ οὖν ἀνάλογον ἐόντων
ἀριθμῶν ἴσους ἀπέχει ὅ τε *Δ* ἀπὸ τοῦ *Α*, καὶ ὁ *Λ*
ἀπὸ τοῦ *Θ*, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ὁ *Δ* ποτὶ τὸν *Α*,
ὃν ὁ *Λ* ποτὶ τὸν *Θ*. πολλαπλασίων δέ ἐστιν ὁ *Δ* τοῦ
Α τῷ *Δ*. πολλαπλασίων ἄρα ἐστὶν καὶ ὁ *Λ* τοῦ *Θ* τῷ *Δ*.
8 ὥστε ἴσος ἐστὶν ὁ *Λ* τῷ *Χ*. δῆλον οὖν, ὅτι ὁ γενό-
μενος ἐκ τᾶς ἀναλογίας τέ ἐστιν καὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος
τῶν πολλαπλασιαξάντων ἀλλάλους ἴσους ἀπέχων, ὅσους
ὁ ἐλάττων ἀπὸ τᾶς μονάδος ἀπέχει. φανερὸν δέ, ὅτι
καὶ ἀπὸ μονάδος ἀπέχει ἑνὶ ἐλαττόνας, ἢ ὅσος ἐστὶν
ὁ ἀριθμὸς συναμφοτέρων, οὓς ἀπέχοντι ἀπὸ τᾶς μο-
νάδος οἱ *Δ*, *Θ*. οἱ μὲν γὰρ *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*, *Ε*, *Ζ*, *Η*, *Θ*
τοσοῦτοι ἐντί, ὅσους ὁ *Θ* ἀπὸ μονάδος ἀπέχει, οἱ δὲ
Ι, *Κ*, *Λ* ἑνὶ ἐλαττόνες, ἢ ὅσους ὁ *Δ* ἀπὸ μονάδος
ἀπέχει· σὺν γὰρ τῷ *Θ* τοσοῦτοι ἐντί.

---

1. *ελαττωνας* F. 2. ὁ] addidi; om. F, uulgo. *οὓς*] *ως* F; corr. Wallis. *απεχωντι* F; corr. V. *μονάδος*] *μαδος* F, ut lin. 4, 8. 6. *Χ*. *λελάφθω*] scripsi; *ΧΛ*, *ειληφθω* F, uulgo; *Λ* om. Wallis, Torellius. 7. *ἐκ*] scripsi; ὁ *ΘΚ* F, uulgo; ὁ *ἐκ* Wallis, Torellius. *τᾶς αὐτᾶς* Wallis, Torellius. *Λ*] *ΦΛ* F; corr. Wallis. 9. *ἴσος*] per comp. F. 10. *ἀριθμῶν*] scripsi; *ισων* per comp. F; *ἴσον* B, alii. 11. *ταν αὐταν* FVA, ed. Basil. 15. *τᾶς αὐτᾶς* Wallis, Torellius. 16. *ἴσους*] scripsi; *ισον* per comp. F, uulgo. 20. *οἱ Δ, Θ. οἱ μὲν γάρ*] scripsi; *οιδε μεν γαρ οι* F, uulgo. 22. *ἑνί*] *επι* F; corr. BD. 23. Hic spatium uacat in FVBCD.

in proportione, ab unitate uero distabit uno pauciores, quam quantus numerus est utrorumque, quos numeri
inter se multiplicati ab unitate distant. sint enim 7
numeri aliquot $A, B, \Gamma, \Delta, E, Z, H, \Theta, I, K, \Lambda$ ab unitate in eadem proportione positi, et unitas sit A. et multiplicentur Δ, Θ, et productum sit X. sumatur igitur ex proportione Λ ab Θ tot numeros distans, quot Δ ab unitate distat. demonstrandum, esse $X = \Lambda$. iam quoniam inter numeros inter se proportionales Δ ab A tot loca abest, quot Λ ab Θ, erit igitur

$$\Delta : A = \Lambda : \Theta.$$

sed $\Delta = \Delta \times A$. quare $\Lambda = \Delta \times \Theta$. quare $\Lambda = X$.
adparet igitur, productum et ex eadem proportione esse 8
et a maiore numerorum inter se multiplicatorum tot loca abesse, quot minor ab unitate absit. manifestum est autem, productum etiam ab unitate uno pauciora loca abesse, quam quantus est numerus utrorumque locorum, quae ab unitate absunt Δ, Θ. nam A, B, Γ, Δ, E, Z, H, Θ tot sunt, quot Θ ab unitate abest, et I, K, Λ uno pauciores, quam quot Δ ab unitate abest; nam adsumpto Θ totidem sunt.[1])

1) De hac propositione cfr. Quaest. Arch. p. 58. nos sic idem demonstraremus: sit series $\overset{1}{1}, \overset{2}{a^1}, \overset{3}{a^2}, \ldots \overset{n}{a^{n-1}}$,

$$\overset{n+1}{a^n} \ldots \overset{m+1}{a^m}, \overset{m+2}{a^{m+1}}, \ldots \overset{m+n+1}{a^{m+n}}.$$

itaque $a^n \cdot a^m = a^{m+n}$, quod ab a^m abest loca $(n+1)$, ab unitate uero $m+n+1 = (m+1)+(n+1) \div 1$.

1 IV. *Τούτων δὲ τῶν μὲν ὑποκειμένων, τῶν δὲ ἀποδεδειγμένων τὸ προκείμενον δειχθησέται. ἐπεὶ γὰρ ὑποκείται τὰν διάμετρον τᾶς μάκωνος μὴ ἐλάσσονα εἶμεν ἢ τετρωκοστομόριον δακτύλου, δῆλον, ὡς ἁ σφαῖρα ἁ δακτυλιαίαν ἔχουσα τὰν διάμετρον οὐ μείζων ἐστὶν ἢ ὥστε χωρεῖν μακώνας ἑξακισμυρίας καὶ τετρακισχιλίας· τᾶς γὰρ σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον τετρωκοστομόριον δακτύλου πολλαπλασία ἐστὶν τῷ εἰρημένῳ ἀριθμῷ. δεδείκται γάρ τοι, ὅτι αἱ σφαίραι τριπλάσιον λόγον ἔχοντι ποτὶ ἀλλάλας τᾶν διαμέτρων.*

2 *ἐπεὶ δὲ ὑποκείται καὶ τοῦ ψάμμου τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἴσον τῷ τᾶς μάκωνος μεγέθει ἔχοντος μέγεθος μὴ μείζονα εἶμεν μυρίων, δῆλον, ὡς, εἰ πληρωθείη ψάμμου ἁ σφαῖρα ἁ δακτυλιαίαν ἔχουσα τὰν διάμετρον, οὐ μείζων κα εἴη ὁ ἀριθμὸς τοῦ ψάμμου ἢ μυριάκις τὰ ἑξακισμύρια καὶ τετρακισχίλια. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἀριθμὸς μονάδες τε ϛʹ τῶν δευτέρων ἀριθμῶν καὶ τῶν πρώτων μυριάδες τετρακισχιλίαι. ἐλάσσων οὖν ἐστιν ἢ ιʹ μονάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. ἁ δὲ τῶν ρʹ δακτύλων ἔχουσα τὰν διάμετρον σφαῖρα πολλαπλασία ἐστὶν τᾶς δακτυλιαίαν ἐχούσας τὰν διάμετρον σφαίρας ταῖς ρʹ μυριάδεσσιν διὰ τὸ τριπλάσιον λόγον ἔχειν ποτ' ἀλλάλας τᾶν διαμέτρων τὰς σφαίρας. εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον δακτύλων ρʹ, δῆλον, ὡς ἐλάττων ἐσσείται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλα-*

5. *σφαῖρα ἁ*] scripsi; *ἁ* om. F, uulgo. 8. *τετρακοστομοριον* F; corr. Ahrens. 10. *εχωντι* F; corr. V. 12. *τοῦ ἴσον τῷ*] scripsi; *εις το* F, uulgo. *μακονος* F; corr. BC. *μεγέθει ἔχοντος*] addidi; om. F, uulgo. 13. *μειζ* cum comp. *ον* F; corr. Wallis. 14. *τοῦ ψάμμου* Gertzius. 15. *μειζ*

IV. His autem partim suppositis, partim demonstratis, propositum demonstrabitur. nam quoniam suppositum est, diametrum seminis papaueris non minorem esse quam partem quadragesimam digiti [II, 4], adparet, sphaeram diametrum digitalem habentem maiorem non esse, quam ut 64000 seminum papaueris capiat. hoc enim numero multiplex est quam sphaera diametrum habens partem quadragesimam digiti. nam demonstratum est, sphaeras triplicem rationem habere 1
inter se, quam diametri habeant [Eucl. XII, 18]. quo- 2
niam autem hoc quoque suppositum est, numerum arenae magnitudinem habentis magnitudini seminis papaueris aequalem maiorem non esse quam 10000 [II, 4], adparet, si sphaera diametrum habens digitalem arena compleatur, numerum arenae maiorem non fore quam 640000000. hic autem est sex unitates secundorum numerorum, et quattuor millia myriadum primorum. quare minor est quam decem unitates secundorum numerorum. sphaera autem diametrum habens centum digitos longam centum myriadibus multiplex est quam sphaera diametrum digitalem habens, quia sphaerae inter se triplicem rationem habent quam diametri [Eucl. XII, 18]. si igitur ex arena tanta sphaera efficitur, quanta est sphaera diametrum habens centum digitos longam, adparet, numerum arenae minorem fore numero multiplicatis de-

cum comp. ον F; corr. Wallis. εἴη] ιν F; corr. Wallis. 19. μονάδες] μυριαδες F; corr. A. 21. τάν] των F; corr. BC. 22. σφαίρας] scripsi; εφη F, uulgo; ἐπί Wallis, Torellius. μυριαδεσιν F. 23. διαμετρ cum comp. ον F; corr. Wallis. 24. τηλικαυτα F; corr. Wallis. 27. πολλαπλασθεισαν F; corr. ABC.

πλασιασθεισᾶν τᾶν δέκα μονάδων τῶν δευτέρων ἀριθ-
3 μῶν ταῖς ρ′ μυριάδεσσιν. ἐπεὶ δ' αἱ τῶν δευτέρων
ἀριθμῶν δέκα μονάδες δέκατός ἐστιν ἀριθμὸς ἀπὸ
μονάδος ἀνάλογον ἐν τᾷ τῶν δεκαπλασίων ὅρων ἀνα-
λογίᾳ, αἱ δὲ ἑκατὸν μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος
ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, δῆλον, ὡς ὁ γενόμενος ἀριθ-
μὸς ἐσσεῖται τῶν ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἑκκαιδέ-
κατος ἀπὸ μονάδος. δεδείκται γάρ, ὅτι ἑνὶ ἐλασσόνας
ἀπέχει ἀπὸ τᾶς μονάδος, ἢ ὅσος ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς συν-
αμφοτέρων, οὓς ἀπέχοντι ἀπὸ μονάδος οἱ πολλαπλα-
σιαξάντες ἀλλάλους. τῶν δὲ ἑκκαίδεκα τούτων ὀκτὼ
μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι τῶν πρώτων καλου-
μένων ἐντί, οἱ δὲ μετὰ τούτους ὀκτὼ τῶν δευτέρων,
καὶ ὁ ἔσχατός ἐστιν αὐτῶν χιλίαι μυριάδες δευτέρων
ἀριθμῶν. φανερὸν οὖν, ὅτι τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος
τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμε-
τρον ρ′ δακτύλων ἐχούσᾳ ἔλαττόν ἐστιν ἢ χιλίαι μυ-
4 ριάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. πάλιν δὲ καὶ ἁ σφαῖρα
ἁ τῶν μυρίων δακτύλων ἔχουσα τὰν διάμετρον πολλα-
πλασία ἐστὶν τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον ρ′ δακτύλων
ταῖς ρ′ μυριάδεσσι. εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου
σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ ἔχουσα
σφαῖρα τὰν διάμετρον μυρίων δακτύλων, δῆλον, ὡς
ἐλάσσων ἐσσεῖται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς τοῦ γενο-
μένου πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν χιλιᾶν μυριάδων τῶν

2. μυριαδεσιν FVBD. ἐπεί] επι F; corr. Wallis. δ' αἱ] Gertzius; δε F, uulgo. 4. τᾷ] τε F; corr. Wallis. δεκαπλασίων] scripsi; δεκαπλευρων F, uulgo; defendit Nizzius (Quaest. Arch. p. 205); δεκαπλῶν Wallis, Torellius. ἀναλογίᾳ] αναλογ cum comp. ον F; corr. Wallis. 6. ἀριθμός] scripsi; εκτος F, uulgo; ὅρος Wallis, Torellius. 8. ἑνί] εν F; corr. Riualtus. 9. ἀπέχει] addidi; om. F, uulgo; post

cem unitatibus secundorum numerorum et centum
myriadibus orto. et quoniam decem unitates secun- 3
dorum numerorum decimus ab unitate numerus est in
proportione terminorum per decem crescentium, et
centum myriades septimus est ab unitate in eadem
proportione, adparet, productum fore sextum decimum
ab unitate in eadem proportione. demonstratum est
enim, id uno pauciora loca ab unitate abesse, quam
quantus est numerus utrorumque locorum, quae nu-
meri inter se multiplicati ab unitate absint [III, 6].
horum autem sedecim primi octo cum unitate ii sunt,
qui primi uocantur, octo sequentes ii, qui secundi
uocantur, et ultimus eorum mille myriades sunt se-
cundorum numerorum. manifestum est igitur, mul-
titudinem arenae magnitudinem habentis aequalem
sphaerae diametrum centum digitos longam habenti
minorem esse quam mille myriades secundorum nu-
merorum. rursus autem etiam sphaera diametrum 4
habens decem millia digitorum longam centum my-
riadibus multiplex est quam sphaera diametrum ha-
bens centum digitos longam. si igitur ex arena tanta
sphaera efficitur, quanta est sphaera diametrum de-
cem millia digitorum longam habens, adparet, nume-
rum arenae minorem fore numero multiplicatis mille
myriadibus secundorum numerorum et centum myria-

μονάδος addidit Wallis. ἢ ὅσος] ασσος F; corr. Wallis. ὁ ἀριθμός] ελαττων F; corr. Wallis. συναμφο δε F; corr. Wallis. 10. απεχωντι F; corr. VB. 12. τη F; corr. Wallis. 14. τῶν δευτέρων Wallis, Torellius. 16. τα τε ταν F; corr. Wallis. 17. εχουση F; corr. Wallis. ελαττ cum comp. ων F; corr. Wallis. 21. μυριαδεσι F; corr. B. 24. γενωμενου F.

*δευτέρων ἀριθμῶν ταῖς ρ΄ μυριάδεσσιν. ἐπεὶ δ' αἱ
μὲν τῶν δευτέρων ἀριθμῶν χίλιαι μυριάδες ἑκκαιδέ-
κατός ἐστιν ἀριθμὸς ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον, αἱ δὲ ρ΄
μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐν τᾷ αὐτᾷ ἀναλογίᾳ,
δῆλον, ὡς ὁ γενόμενος ἐσσεῖται δυοκαιεικοστὸς τῶν*
5 *ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἀπὸ μονάδος. τῶν δὲ δύο
καὶ εἴκοσι τούτων ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι
τῶν πρώτων καλουμένων ἐντί, ὀκτὼ δὲ οἱ μετὰ τού-
τους τῶν δευτέρων καλουμένων, οἱ δὲ λοιποὶ ἓξ τῶν
τρίτων καλουμένων. καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι δέκα
μυριάδες τῶν τρίτων ἀριθμῶν. φανερὸν οὖν, ὅτι τὸ
τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ
σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον ἐχούσᾳ μυρίων δακτύλων
ἔλασσόν ἐστιν ἢ ι΄ μυριάδες τρίτων ἀριθμῶν. καὶ
ἐπεὶ ἐλάσσων ἐστὶν ἁ σταδιαίαν ἔχουσα τὰν διάμετρον
σφαῖρα τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον μυ-
ρίων δακτύλων, δῆλον, ὅτι καὶ τὸ τοῦ ψάμμου πλῆ-
θος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διά-
μετρον ἐχούσᾳ σταδιαίαν ἔλασσόν ἐστιν ἢ ι΄ μυριάδες*
6 *τῶν τρίτων ἀριθμῶν. πάλιν δὲ ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα
τὰν διάμετρον ρ΄ σταδίων πολλαπλασίων ἐστὶ τᾶς
σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον σταδιαίαν ταῖς ρ΄
μυριάδεσσιν. εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα
ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ ἔχουσα τὰν διά-
μετρον ρ΄ σταδίων, δῆλον, ὅτι ἐλάσσων ἐσσεῖται ὁ τοῦ
ψάμμου ἀριθμὸς τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλα-
σιασθεισᾶν τᾶν δέκα μυριάδων τρίτων ἀριθμῶν ταῖς*

---

3. *ἀνάλογον αἱ*] *αναλογιαι* F; corr. Wallis. 4. *αυτη* F; corr. B. *ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας* Gertzius. 5. *ὡς*] *ω* F. 8. *μετὰ τούτους*] scripsi; *μετα τους* F, uulgo; *μετ' αὐτούς* Wallis, Torellius. 9. *τῶν*] (prius) addidi; om. F, uulgo. *ἓξ*] *εκ* F;

dibus orto. sed quoniam mille myriades secundorum
numerorum sextus decimus ab unitate numerus est in
proportione, et centum myriades septimus est ab unitate in eadem proportione, adparet, productum uicesimum secundum ab unitate fore in eadem proportione.
horum autem uiginti duorum primi octo cum unitate 5
ii sunt, qui primi uocantur, octo autem sequentes ii, qui secundi uocantur, reliqui autem sex ex iis, qui tertii uocantur; et ultimus eorum est centum millia tertiorum numerorum. manifestum est igitur, multitudinem arenae magnitudinem habentis aequalem sphaerae diametrum habenti decem millia digitorum longam minorem esse quam centum millia tertiorum numerorum. et quoniam sphaera diametrum habens stadium longam minor est sphaera diametrum habenti decem millia digitorum longam[1]), adparet, etiam multitudinem arenae magnitudinem habentis aequalem sphaerae diametrum habenti stadium longam minorem
esse quam centum millia tertiorum numerorum. rursus 6
autem sphaera diametrum centum stadia longam habens centum myriadibus multiplex est quam sphaera diametrum stadium longam habens. si igitur ex arena tanta sphaera colligitur, quanta est sphaera diametrum centum stadia longam habens, adparet, numerum arenae minorem fore numero decem myriadibus tertiorum numerorum et centum myriadibus multiplicatis orto.

1) Heron. defin. 131: *τὸ στάδιον ἔχει . . . δακτύλους ͵θχ΄*.

corr. Wallis. 10. *τρίτων*] *τρι* cum comp. *ων* F; corr. B. 12. *μεγεθους* F; corr. B. 20. *δέ*] scripsi; *δη* F, uulgo. 23. *μυριαδεσιν* F; corr. B. 24. *ά*] om. F; corr. Wallis.

ρ′ μυριάδεσσι. καὶ ἐπεὶ αἱ μὲν τῶν τρίτων ἀριθμῶν δέκα μυριάδες δυοκαιεικοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον, αἱ δὲ ρ′ μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, δῆλον, ὡς ὁ γενόμενος ἐσσεῖται ὀκτωκαιεικοστὸς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἀπὸ μονάδος. τῶν δὲ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τούτων ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι τῶν πρώτων καλουμένων ἐντί, οἱ δὲ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτὼ τῶν δευτέρων, καὶ οἱ μετὰ τούτους ὀκτὼ τῶν τρίτων, οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες τῶν τετάρτων καλουμένων, καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι χιλίαι μονάδες τῶν τετάρτων ἀριθμῶν. φανερὸν οὖν, ὅτι τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον ἐχούσᾳ σταδίων ρ′ ἔλασσόν ἐστιν ἢ χιλίαι μονάδες τῶν τετάρτων ἀριθμῶν.

7 πάλιν δὲ ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον μυρίων σταδίων πολλαπλασία ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον σταδίων ρ′ ταῖς ρ′ μυριάδεσσιν. εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον σταδίων μυρίων, δῆλον, ὅτι ἔλασσον ἐσσεῖται τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν χιλιᾶν μονάδων τῶν τετάρτων ἀριθμῶν ταῖς ρ′ μυριάδεσσιν. ἐπεὶ δ’ αἱ μὲν τῶν τετάρτων ἀριθμῶν χιλίαι μονάδες ὀκτωκαιεικοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον, αἱ δ’ ἑκατὸν μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, δῆλον, ὅτι ὁ γενόμενος ἐσσεῖται ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας τέταρτος καὶ τριακοστὸς ἀπὸ μονάδος. τῶν δὲ τεσσάρων καὶ

---

15. δέ] scripsi; δη F, uulgo. μυρίων — διάμετρον lin. 17 repetuntur in F; expunxit manus 1. 17. μυριαδεσιν F; corr. B. 19. διαμετρ cum comp. ων F; corr. BC. 20. ελασσ

et quoniam decem myriades tertiorum numerorum
uicesimus secundus ab unitate numerus est in pro-
portione, et centum myriades septimus est ab unitate
in eadem proportione, adparet, productum fore duo-
detricesimum ab unitate in eadem proportione. horum
autem uiginti octo primi octo cum unitate ii sunt,
qui primi uocantur, octo autem sequentes ii, qui se-
cundi uocantur, et octo deinde sequentes ii, qui tertii
uocantur, reliqui autem quattuor ex iis, qui quarti uo-
cantur, et ultimus eorum mille unitates sunt quarto-
rum numerorum. manifestum est igitur, multitudinem
arenae magnitudinem habentis aequalem sphaerae
diametrum habenti centum stadia longam minorem
esse quam mille unitates quartorum numerorum. rur- 7
sus autem sphaera diametrum decem millia stadiorum
longam habens centum myriadibus multiplex est quam
sphaera diametrum centum stadia longam habens. si
igitur ex arena tanta sphaera efficitur, quanta est
sphaera diametrum decem millia stadiorum longam
habens, adparet, numerum arenae minorem fore nu-
mero mille unitatibus quartorum numerorum et cen-
tum myriadibus multiplicatis orto. quoniam autem
mille unitates quartorum numerorum duodetricesimus
est ab unitate numerus in proportione, et centum my-
riades septimus ab unitate in eadem proportione, ad-
paret, productum fore tricesimum quartum ab unitate
in eadem proportione. horum autem triginta quattuor

---

cum comp. *ων* F. 23. *μυριαδεσιν* F; corr. B. 25. *μαδος* F. 26. *δῆλον — ἀναλογίας* mg. F, signo adposito, cui respondet aliud post *ἀναλογίας* lin. 27.

τριάκοντα τούτων ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι τῶν πρώτων καλουμένων ἐντί, οἱ δὲ μετὰ τούτους ὀκτὼ τῶν δευτέρων, καὶ οἱ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτὼ τῶν τρίτων, καὶ οἱ μετὰ τούτους ὀκτὼ τῶν τετάρτων, οἱ δὲ λοιποὶ δύο τῶν πέμπτων καλουμένων ἐσσοῦνται, καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι δέκα μονάδες τῶν πέμπτων ἀριθμῶν. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον ἐχούσᾳ σταδίων μυρίων ἔλασσον ἐσσεῖται ἢ ι΄ μονάδες
8 τῶν πέμπτων ἀριθμῶν. πάλιν δὲ ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον σταδίων ρ΄ μυριάδων πολλαπλασία ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς τὰν διάμετρον ἐχούσας σταδίων μυρίων ταῖς ρ΄ μυριάδεσσι. εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον σταδίων ρ΄ μυριάδων, δῆλον, ὡς ἐλάσσων ἐσσεῖται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν δέκα μονάδων τῶν πέμπτων ἀριθμῶν ταῖς ρ΄ μυριάδεσσιν. καὶ ἐπεὶ αἱ μὲν τῶν πέμπτων ἀριθμῶν δέκα μονάδες τέταρτός ἐστι καὶ τριακοστὸς ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον, αἱ δὲ ρ΄ μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, δῆλον, ὅτι ὁ γενόμενος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἐσσεῖται τετρωκοστὸς ἀπὸ μονάδος. τῶν δὲ τεσσαράκοντα τούτων ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι τῶν πρώτων καλουμένων ἐντί, οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἄλλοι ὀκτὼ τῶν δευτέρων, καὶ οἱ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτὼ τῶν τρίτων, οἱ δὲ μετὰ τοὺς τρίτους ὀκτὼ τῶν τετάρτων, οἱ δὲ μετὰ τούτους ὀκτὼ τῶν πέμπτων καλουμένων, καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι χιλίαι μυριάδες

3. οι αλλοι F; corr. ed. Basil. 6. μοναδ cum comp. ων F; corr. B. 8. μεγεθους F; corr. BC. 9. ελασσ cum comp.

primi octo cum unitate ii sunt, qui primi uocantur, octo sequentes ii, qui secundi, octo deinde sequentes ii, qui tertii, octo deinde sequentes ii, qui quarti uocantur, et reliqui duo ex iis erunt, qui quinti uocantur, et ultimus eorum est decem unitates quintorum numerorum. adparet igitur, multitudinem arenae magnitudinem habentis aequalem sphaerae diametrum habenti decem millia stadiorum longam minorem fore quam decem unitates quintorum numerorum. rursus 8
autem sphaera diametrum centum myriades stadiorum longam habens centum myriadibus multiplex est quam sphaera diametrum habens decem millia stadiorum longam. si igitur ex arena tanta sphaera efficitur, quanta est sphaera diametrum centum myriades stadiorum longam habens, adparet, numerum arenae minorem fore numero multiplicatis decem unitatibus quintorum numerorum et centum myriadibus orto. et quoniam decem unitates quintorum numerorum tricesimus quartus est ab unitate numerus in proportione, et centum myriades septimus ab unitate in eadem proportione, adparet, productum fore quadragesimum ab unitate in eadem proportione. horum autem quadraginta primi octo cum unitate ii sunt, qui primi uocantur, octo sequentes ii, qui secundi, octo deinde sequentes ii, qui tertii, octo deinde sequentes ii, qui quarti, postremi octo ii, qui quinti uocantur, et ultimus eorum est mille myriades quintorum numerorum.

ων F; corr. AB. 10. *δέ*] scripsi; *δη* F, uulgo. 11. *μυριαδας* F, ut uidetur, in rasura; corr. ed. Basil. 12. *τᾶς τάν*] scripsi; *ταν* F, uulgo. 18. *μυριάδεσσιν*] scripsi; *μυριασιν* F, uulgo. 24. *τᾷ*] *το* F; corr. manus 2. 25. *καμενων*, FC ed. Basil.; corr. F manu 2. *ταῦτα*] *τούτους* Wallis, Torellius.

τῶν πέμπτων ἀριθμῶν. φανερὸν οὖν, ὅτι τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον ἐχούσᾳ σταδίων ρ΄ μυριάδων ἔλασσόν ἐστιν ἢ χιλίαι μυριάδες τῶν πέμπτων ἀριθμῶν.

9 ἁ δὲ τὰν διάμετρον ἔχουσα σφαῖρα σταδίων μυριᾶν μυριάδων πολλαπλασίων ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον σταδίων ρ΄ μυριάδων ταῖς ρ΄ μυριάδεσσιν. εἰ δὴ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον σταδίων μυριᾶν μυριάδων, φανερόν, ὅτι ἔλασσον ἐσσείται τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν χιλιᾶν μυριάδων τῶν πέμπτων ἀριθμῶν ταῖς ρ΄ μυριάδεσσιν. ἐπεὶ δ' αἱ μὲν τῶν πέμπτων ἀριθμῶν χιλίαι μυριάδες τετρωκοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον, αἱ δὲ ρ΄ μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, δῆλον, ὡς ὁ γενόμενος ἐσσείται ἕκτος καὶ τετρωκοστὸς ἀπὸ μονάδος. τῶν δὲ τεσσαράκοντα καὶ ἓξ τούτων ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι τῶν πρώτων καλουμένων ἐντί, ὀκτὼ δὲ οἱ μετὰ τούτους τῶν δευτέρων, καὶ οἱ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτὼ τῶν τρίτων, οἱ δὲ μετὰ τοὺς τρίτους ἄλλοι ὀκτὼ τῶν τετάρτων, καὶ οἱ μετὰ τοὺς τετάρτους ὀκτὼ τῶν πέμπτων, οἱ δὲ λοιποὶ ἓξ τῶν ἕκτων καλουμένων ἐντί, καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι ι΄ μυριάδες τῶν ἕκτων ἀριθμῶν. φανερὸν οὖν, ὅτι τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ

---

3. *μυριαδες* F; corr. Wallis. *ελασσ* cum comp. *ων* F; corr. V. 5. *σφαιρ* cum comp. *ας* F; corr. manus 2 et B. *μυριας* F; corr. Wallis. 7. *μυριαδεσιν* F; corr. B. 8. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo; *οὖν* Wallis, Torellius. 10. *μυριας* F; corr. Wallis. *ελασσ* cum comp. *ων* F, ed. Basil. 12. *πολλαπλασι* cum comp. *ον* F; corr. B. 13. *μυριάδεσσιν*] scripsi;

manifestum est igitur, numerum arenae magnitudinem habentis aequalem sphaerae diametrum habenti centum myriades stadiorum longam minorem esse quam
mille myriades quintorum numerorum. sphaera autem 9
diametrum habens decem millia myriadum stadiorum longam centum myriadibus multiplex est quam sphaera diametrum habens centum myriades stadiorum longam. si igitur ex arena tanta sphaera efficitur, quanta est sphaera diametrum habens decem millia myriadum stadiorum longam, manifestum est, numerum arenae minorem fore numero multiplicatis mille myriadibus quintorum numerorum et centum myriadibus orto. quoniam autem mille myriades quintorum numerorum quadragesimus ab unitate numerus est in proportione, et centum myriades septimus ab unitate in eadem proportione, adparet, productum fore quadragesimum sextum ab unitate. horum autem quadraginta sex primi octo cum unitate ii sunt, qui primi uocantur, octo sequentes ii, qui secundi, octo autem deinde sequentes ii, qui tertii, octo autem tertios sequentes ii, qui quarti, octo autem quartos sequentes ii, qui quinti uocantur, sex autem reliqui ex iis sunt, qui sexti uocantur, et ultimus eorum est decem myriades sextorum numerorum. manifestum est igitur, numerum arenae magnitudinem habentis aequalem

---

μυριασιν F, uulgo. 14. *τετρακοστος* F, uulgo, ut lin. 17. 17. *ἐσσεῖται ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἕκτος* Gertzius. 18. *ὀκτὼ μέν*] *ειμεν* F; corr. Wallis; *οἱ μὲν ὀκτώ* B. 21. *μετα τους* F; corr. CV. 23. ξξ] om. F; corr. Wallis. 24. *αυτ* cum comp. *ος* F; corr. B. 25. *μοιριαδων* F; *μυριαδων* uulgo; corr. Wallis.

τὰν διάμετρον ἐχούσᾳ σταδίων μυριάδων μυριᾶν ἔλασσόν

10 σόν ἐστιν ἢ ι' μυριάδες τῶν ἕκτων ἀριθμῶν. ἁ δὲ τὰν διάμετρον ἔχουσα σφαῖρα σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ' πολλαπλασία ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον σταδίων μυριάδων μυριᾶν ταῖς ρ' μυριάδεσσιν. εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ', φανερόν, ὅτι τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος ἔλασσον ἐσσεῖται τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν ι' μυριάδων τῶν ἕκτων ἀριθμῶν ταῖς ρ' μυριάδεσσιν. ἐπεὶ δ' αἱ μὲν τῶν ἕκτων ἀριθμῶν δέκα μυριάδες ἕκτος καὶ τετρωκοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον, αἱ δὲ ρ' μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, δῆλον, ὅτι ὁ γενόμενος ἐσσεῖται δυοκαιπεντακοστὸς ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας. τῶν δὲ δύο καὶ πεντήκοντα τούτων οἱ μὲν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα σὺν τᾷ μονάδι οἵ τε πρῶτοι καλουμένοι ἐντὶ καὶ οἱ δευτέροι καὶ τρίτοι καὶ τετάρτοι καὶ πέμπτοι καὶ ἕκτοι, οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες τῶν ἑβδόμων καλουμένων ἐντί, καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι χιλίαι μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν. φανερὸν οὖν, ὅτι τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον ἐχούσᾳ σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ' ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν.

11 ἐπεὶ οὖν ἐδείχθη ἁ τοῦ κόσμου διάμετρος ἐλάσσων

1. μυριάδων μυριᾶν] scripsi; μυριακις μυριαδων μυριων F, uulgo; μυριάκις μυρίων Wallis, Torellius. ελασσ cum comp. ων F; corr. Riualtus. 3. εχουσας F; corr. BC. 5. μυριάδων μυριᾶν] scripsi; μυριαδας (comp. ας) μυριας (comp. ας) F, uulgo; μυριάκις μυρίων Wallis, Torellius. μυριαδεσιν F; corr. B. 10. πολλαπλασι cum comp. ων F; corr. B. μυρια-

sphaerae diametrum habenti decem millia myriadum stadiorum longam minorem esse quam decem myriades sextorum numerorum. sphaera autem diametrum 10
habens decies centena millia myriadum stadiorum longam centum myriadibus multiplex est quam sphaera diametrum habens decem millia myriadum stadiorum longam. si igitur ex arena tanta sphaera efficitur, quanta est sphaera diametrum habens decies centena millia myriadum stadiorum longam, manifestum est, numerum arenae minorem fore numero multiplicatis decem myriadibus sextorum numerorum et centum myriadibus orto. quoniam autem decem myriades sextorum numerorum quadragesimus sextus est ab unitate numerus in proportione, et centum myriades septimus est ab unitate in eadem proportione, adparet, productum fore quinquagesimum secundum ab unitate in eadem proportione. horum autem quinquaginta duorum primi quadraginta octo cum unitate ii sunt, qui primi, secundi, tertii, quarti, quinti, sexti uocantur, reliqui autem quattuor ex iis sunt, qui septimi uocantur, et ultimus eorum est mille unitates septimorum numerorum. manifestum est igitur, numerum arenae magnitudinem habentis aequalem sphaerae diametrum habenti decies centena millia myriadum stadiorum longam minorem esse quam mille unitates septimorum numerorum. iam quoniam demonstratum 11
est, diametrum mundi minus quam decies centena

δαν F; corr. B. 11. *ταν ϱ μυϱιαδες* F; corr. Wallis. 13. *τεσσαϱακοστος* F, uulgo. 15. *δυοκαιπεντηκοστος* F; corr. ed. Basil. 20. *καλουμένων* ad *ἑβδόμων* lin. 22 repetuntur in F; expunxit manus 1. 24. *τάν*] *των* per comp. F; corr. VB. 25. *ελασσ* cum comp. *ων* F; corr. V.

ἐοῦσα σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ', δῆλον, ὅτι καὶ
τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ
κόσμῳ ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μονάδες τῶν ἑβδόμων
ἀριθμῶν. ὅτι μὲν οὖν τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ
μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν πλείστων ἀστρολόγων
καλουμένῳ κόσμῳ ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μονάδες τῶν
ἑβδόμων ἀριθμῶν, δεδείκται. ὅτι δὲ καὶ τὸ πλῆθος
τοῦ ψάμμου τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τα-
λικαύτᾳ, ἁλίκαν Ἀρίσταρχος ὑποτιθέται τὰν τῶν ἀπλα-
νέων ἄστρων σφαῖραν εἶμεν, ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μυ-
12 ριάδες τῶν ὀγδόων ἀριθμῶν, δειχθησέται. ἐπεὶ γὰρ
ὑποκείται, τὰν γᾶν τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον ποτὶ τὸν
ὑφ' ἁμῶν εἰρημένον κόσμον, ὃν ἔχει λόγον ὁ εἰρη-
μένος κόσμος ποτὶ τὰν τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖ-
ραν, ἃν Ἀρίσταρχος ὑποτιθέται, καὶ αἱ διαμέτροι τᾶν
σφαιρᾶν τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ποτ' ἀλλάλας, ἁ δὲ
τοῦ κόσμου διάμετρος τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς δεδείκται
ἐλάσσων ἐοῦσα ἢ μυριοπλασίων, δῆλον οὖν, ὅτι καὶ
ἁ διάμετρος τᾶς τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαίρας ἐλάσ-
σων ἐστὶν ἢ μυριοπλασίων τᾶς διαμέτρου τοῦ κόσμου.
ἐπεὶ δὲ αἱ σφαῖραι τριπλάσιον λόγον ἔχοντι ποτ' ἀλ-
λάλας τᾶν διαμέτρων, φανερόν, ὅτι ἁ τῶν ἀπλανέων
ἄστρων σφαῖρα, ἃν Ἀρίσταρχος ὑποτιθέται, ἐλάττων
ἐστιν ἢ μυριάκις μυρίαις μυριάδεσσι πολλαπλασίων
13 τοῦ κόσμου. δεδείκται δέ, ὅτι τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος
τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ κόσμῳ ἔλασσόν ἐστιν ἢ

1. *μυριων* F mg., B mg. 4. *οὖν*] scripsi; *ομοιως* post lacunam 6 litterarum F, uulgo. 10. *ελασσ* cum comp. *ων* F; corr. AB. 12. *ποτὶ τόν*] *ποτι των* (comp.) FV; corr. V eadem manu, BC. 16. *σφαιρ* cum comp. *ων* F; corr. BC. *εχωντι* F; corr. BV. *ποτ' αλλας* F; corr. B. 18. *μυριοπλασιαν* F; corr. Wallis; *μυριοπλασία* B, V e correctione. 21. *ἐπεὶ δέ*]

millia myriadum stadiorum longam esse [II, 1], adparet, etiam numerum arenae magnitudinem habentis aequalem mundo minorem esse quam mille unitates septimorum numerorum. itaque demonstratum est, numerum arenae magnitudinem habentis aequalem mundo, qualis a plerisque astrologis fingatur, minorem esse quam mille unitates septimorum numerorum. restat autem, ut demonstremus, etiam numerum arenae magnitudinem habentis aequalem tali sphaerae, qualem Aristarchus stellarum fixarum sphaeram esse supponat, minorem esse quam mille myriades octauorum
numerorum. nam quoniam suppositum est, terram 12
ad mundum, qualis uulgo a nobis fingatur, eam rationem habere, quam idem ille mundus habeat ad sphaeram stellarum fixarum, quam Aristarchus supponat [I, 6], et diametri sphaerarum eandem inter se rationem habent [Eucl. XII, 18], et demonstratum est, diametrum mundi minorem esse diametro terrae decies millies sumpta [II, 2], adparet, etiam diametrum sphaerae stellarum fixarum minorem esse diametro mundi decies millies sumpta. quoniam autem sphaerae triplicem inter se rationem habent, quam diametri [Eucl. XII, 18], manifestum est, sphaeram stellarum fixarum, quam Aristarchus supponat, minorem esse
mundis 1000000000000. et demonstratum est, nume- 13
rum arenae magnitudinem habentis mundo aequalem minorem esse quam mille unitates septimorum nume-

---

επειδη F; corr. Wallis. εχωντι F; corr. BV. 24. μυρίαις] scripsi; om. F, uulgo; μυριάδων AC, coni. Riualtus, Wallis, Torellius. 25. ὅτι] om. F; corr. Riualtus. 26. ελασς cum comp. ων F; corr. B mg.

͵α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν. δῆλον οὖν, ὅτι, εἰ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, αλίκαν ὁ Ἀρίσταρχος ὑποτιθέται τὰν τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν εἶμεν, ἐλάσσων ἐσσείται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν χιλιᾶν μονάδων ταῖς μυριάκις μυρίαις μυριάδεσσιν. καὶ ἐπεὶ αἱ μὲν τῶν ἑβδόμων ͵α μονάδες δυοκαιπεντακοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον, αἱ δὲ μυριάκις μυρίαι μυριάδες τρισκαιδέκατος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, δῆλον, ὅτι ὁ γενόμενος ἐσσείται τέταρτος καὶ ἑξηκοστὸς ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας. οὗτος δέ ἐστι τῶν ὀγδόων ὄγδοος, ὅς κα εἴη χιλίαι μυριάδες τῶν ὀγδόων ἀριθμῶν. φανερὸν τοίνυν, ὅτι τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαίρᾳ, ἂν Ἀρίσταρχος ὑποτιθέται, ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μυριάδες τῶν ὀγδόων
14 ἀριθμῶν. ταῦτα δέ, βασιλεῦ Γέλων, τοῖς μὲν πολλοῖς καὶ μὴ κεκοινωνηκότεσσι τῶν μαθημάτων οὐκ εὔπιστα φανήσειν ὑπολαμβάνω, τοῖς δὲ μεταλελαβηκότεσσιν καὶ περὶ τῶν ἀποστημάτων καὶ τῶν μεγεθέων τᾶς τε γᾶς καὶ τοῦ ἁλίου καὶ τᾶς σελήνας καὶ τοῦ ὅλου κόσμου πεφροντικότεσσιν πιστὰ διὰ τὰν ἀπόδειξιν ἐσσείσθαι. διόπερ ᾠήθην κα καὶ τὶν οὐκ ἀναρμοστεῖν [ἔτι] ἐπιθεωρῆσαι ταῦτα.

4. εσειται F. 5. πολλαπλασιαν F; corr. B. χιλι cum comp. ων F; corr. B. 6. μονάδων τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν B, Wallis, Torellius, Gertzius. 7. ἑβδόμων ἀριθμῶν B, Riualtus, Wallis, Torellius, Gertzius. 8. αἱ] om. F; corr. Wallis. 12. ὅς κα εἴη] scripsi; και πεντα F, ed. Basil.; καὶ πεντάκις uulgo; καί Wallis, Torellius; ὃς καί ἐστιν αἱ Gertzius. 14. τᾷ] om. F; corr. Wallis. 23. κα καί] Maduigius; και F, uulgo. τίν] τινας F, uulgo; corr. Gomperz. ἀναρμοστεῖν] Maduigius; αναρμοστον ειη F, uulgo; ἀνάρμοστον εἶμεν Gomperz. ἔτι] delet Gomperz. In fine Αρχιμηδους ψαμμιτης F.

rorum [§. 11]. adparet igitur, si ex arena tanta
sphaera efficiatur, quantam Aristarchus supponat sphae-
ram stellarum fixarum esse, numerum arenae mino-
rem fore numero multiplicatis mille unitatibus [septi-
morum numerorum] et 1000000000000 orto. quo-
niam autem mille unitates septimorum [numerorum]
quinquagesimus secundus est ab unitate numerus in
proportione, et 1000000000000 tertius decimus est ab
unitate in eadem proportione, adparet, productum fore
sexagesimum quartum ab unitate in eadem proportione
numerum. is autem octauus est numerorum octauo-
rum, qui est mille myriades numerorum octauorum.
manifestum est igitur, numerum arenae magnitudinem
habentis aequalem sphaerae stellarum fixarum, quam
supponat Aristarchus, minorem esse quam mille my-
riades octauorum numerorum. haec autem, rex Gelo, 14
uulgo hominum mathematices imperito incredibilia
uisum iri puto, peritis uero, qui distantias et magni-
tudines terrae et solis et lunae et totius mundi
cognouerint, credibilia propter demonstrationem fore.
quare putaui, tibi quoque conuenire haec cognoscere.

QUADRATURA PARABOLAE.

Τετραγωνισμὸς παραβολῆς.

Ἀρχιμήδης Δοσιθέῳ εὖ πράττειν.

Ἀκούσας Κόνωνα μὲν τετελευτηκέναι, ὃς ἦν ἔτι βλέπων ἡμῖν ἐν φιλίᾳ, τὶν δὲ Κόνωνος γνώριμον γεγενῆσθαι καὶ γεωμετρίας οἰκεῖον εἶμεν τοῦ μὲν τετελευτηκότος εἵνεκεν ἐλυπήθημες ὡς καὶ φίλου τοῦ ἀνδρὸς γεναμένου καὶ ἐν τοῖς μαθημάτεσσι θαυμαστοῦ τινος, ἐπροχειριξάμεθα δὲ ἀποστεῖλαι τοι γραψάντες, ὡς Κόνωνι γράφειν ἐγνωκότες ἦμες, γεωμετρικὸν θεώρημά τι, ὃ πρότερον μὲν οὐκ ἦν τεθεωρημένον, νῦν δὲ ὑφ' ἡμῶν τεθεωρήται, πρότερον μὲν διὰ μηχανικῶν εὑρεθέν, ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τῶν γεωμετρικῶν ἐπιδειχθέν. τῶν μὲν οὖν πρότερον περὶ γεωμετρίαν πραγματευθέντων ἐπεχείρησάν τινες γράφειν ὡς δυνατὸν ἐὸν κύκλῳ τῷ δοθέντι καὶ κύκλου τμάματι τῷ δοθέντι χωρίον εὑρεῖν εὐθύγραμμον ἴσον· καὶ μετὰ ταῦτα τὸ περιεχόμενον χωρίον ὑπό τε τᾶς ὅλου τοῦ κώνου τομᾶς καὶ εὐθείας τετραγωνίζειν ἐπειρῶντο λαμβανόντες οὐκ εὐπαραχώρητα λήμματα, ὥστε αὐτοῖς

---

4. *βλέπων*] scripsi; *λειπων* F, uulgo; *λοιπός* Torellius. *φίλοις* Torellius. *τίω*] scripsi; *τινα* F, uulgo; *τένη* Torellius. 6. *ελυπηθημεν* F, uulgo. 7. *μαθημασι* F, uulgo. 8. *τοι*] om. F; corr. Torellius. 9. *εἰωθότες* Torellius. *ειμεν* F, uulgo; *ἦμεν* Torellius. *γεωμετρικὸν θεώρημά τι*] scripsi; *γεωμετρικων θεωρηματων* F, uulgo. 13. *οὖν*] addidi; om. F, uulgo. 15. *τμηματι* F; corr. Torellius. 17. *ὅλου*] cor-

Quadratura parabolae.[1])

Archimedes Dositheo s.

Cum audiuissem, Cononem mortuum esse, qui, dum uixit, nobis amicitia coniunctus erat, te autem Cononi familiarem fuisse et geometriae esse peritum, demortui causa dolore adfecti sumus, quippe qui et amicus et in mathematicis admirabili acumine praeditus esset, suscepimus autem ad te per litteras, sicuti ad Cononem mittere constitueramus, geometricum theorema quoddam mittere, quod antea perspectum non erat, nunc uero a nobis perspectum est, prius per mechanica inuentum, postea autem etiam per geometrica demonstratum. eorum enim, qui antea in geometria uersati sunt, quidam[2]) conati sunt scribere, fieri posse, ut spatium rectilineum inueniretur dato circulo et dato circuli segmento aequale; et deinde spatium totius† coni sectione et linea recta comprehensum quadrare conabantur lemmata minime manifesta adsumentes; quare plerique agno-

1) Archimedes sine dubio hunc librum inscripserat περὶ τῆς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομῆς, ut habet Eutocius ad pl. aeq. II, 8.

tudo absumpta ab humido, quae secundum *H*, in posteriori pyramide aequalis solidae, quae secundum *R*. partes autem humidi, quod in prima pyramide, quae sub superficiebus, quae secundum superficiem *XO*, et quod in secunda, quae sub superficiebus, quae superficie *OP*, ex aequo sunt positae et continuae inuicem. non similiter autem premuntur. quae quidem in prima pyramide, premitur a solida magnitudine, quae secundum *R*, et ab humido continente ipsam et exsistente in loco pyramidis, quae secundum *ABOX*. quae autem in altera pyramide, premitur ab humido continente ipsam exsistente in loco pyramidis, qui secundum *POBG*. est autem et grauitas, quae secundum *R*, minor grauitate humidi, quod secundum *H*, quoniam magnitudinem quidem est aequalis, solida autem magnitudo supponitur esse leuior humido humidi continentis magnitudines *R*, *H*, eritque pyramidum aequalis. magis igitur premitur pars humidi, quod sub superficiebus, quae secundum periferiam *OP*. expellet ergo, quod minus premitur [hypoth. 1], et non manet humidum non motum. supponebatur autem non motum. non ergo demergetur tota, sed erit aliquid ipsius extra superficiem humidi.


---

3. quae sub superficiebus] obscura; om. Comm.; cfr. lin. 5, 18. 6. aequo] „quo" Tartalea. 9. ipsam] „ipsas" Tartalea. 11. premitur] deest: „ab magnitudine *H* et". „continent" Tartalea. 14—17: „quoniam magnitudo solida mole quidem aequalis et humido leuior ponitur; grauitas autem humidi continentis magnitudines *R*, *H* est aequalis, cum pyramides aequales sint" Comm.

Theorema V. Propositio V.

Solidarum magnitudinum quaecunque fuerit leuior, dimissa in humidum in tanto demergetur, ut tanta moles humidi, quanta est moles demersae, habeat aequalem grauitatem cum tota magnitudine.

disponantur autem eadem prioribus, et sit humidum non motum. sit autem magnitudo *EZHT* leuior humido. si igitur humidum est non motum, similiter



prementur partes ipsius ex aequo positae [hypoth. 1]. similiter ergo premetur humidum, quod sub superficiebus, quae secundum periferias *XO* et *PO*. quare aequalis est grauitas, quae premitur. est autem et humidi grauitas, quod in prima pyramide, sine *BHTG* solido aequalis grauitati humidi, quod in altera pyramide, sine *RSEY* humido. palam igitur, quod grauitas magnitudinis *EZHT* est aequalis grauitati humidi *RSEY*. manifestum igitur, quod tanta moles humidi, quanta est demersa pars solidae magnitudinis, habet grauitatem aequalem toti magnitudini.


---

3. Scrib. demissa. 6. „eandem“ Tartalea. 12. quae premitur] „qua premuntur“ Comm. 15. „*rscy*“ Tartalea, ut lin. 17.

Theorema VI. Propositio VI.

Solida leuiora humido ui pressa in humidum surrexi feruntur tanta ui ad superius, quanto humidum habens molem aequalem cum magnitudine est grauius magnitudine.

sit enim magnitudo *A* leuior humido. sit autem magnitudinis quidem, in qua *A*, grauitas *B*, humidi autem habentis molem aequalem cum *A* grauitas *BG*. demonstrandum, quod magnitudo *A*, ubi pressa in humidum, refertur ad superius tanta ui, quanta est grauitas *G*. accipiatur enim quaedam magnitudo, in qua *D*, habens grauitatem aequalem ipsi *G*. magnitudo autem ex utrisque magnitudinibus, in quibus *A*, *D*, in eadem composita est leuior humido. est enim magnitudinis quidem ex utrisque grauitas *BG*, grauitas autem humidi habentis molem aequalem [ipsis *A*, *D* maior est quam *BG*, quoniam humidi molem habentis aequalem] cum *A* grauitas est *BG*. dimittatur igitur in humidum magnitudo ex utrisque *A*, *D* composita. ad tantum demergetur, donec tanta moles humidi, quantum est demersum magnitudinis, habeat grauitatem aequalem cum tota magnitudine. demonstratum est hoc [prop. 5]. sit autem superficies quaedam humidi alicuius quae *ABGD* periferia. quoniam igitur



2. surrexi] ἐπανιστάμενα p. 358, 5; om. Comm. 4. „mole" Tartalea, ut lin. 8, 17. 14. humido] sc. molem habenti aequalem magnitudini $A + D$. 17. ipsis — lin. 19: aequalem] om. Tartalea; suppleui ex Commandino.

tanta moles humidi, quanta est magnitudo *A*, habet grauitatem aequalem cum magnitudinibus *A*, *D*, palam est, quod demersum ipsius erit magnitudo *A*, reliquum autem, in quo *D*, erit totum desuper supra superficiem humidi. si enim †. palam igitur, quod quanta ui magnitudo *A* refertur ad superius, tanta ab eo, quod supra est, *D*, premitur ad inferius, quoniam neutra a neutra expellitur. sed *D* ad deorsum premit tanta grauitate, quanta est *G*; supponebatur enim grauitas eius, in quo *D*, esse aequalem ipsi *G*. palam igitur, quod oportebat demonstrare.


Theorema VII. Propositio VII.

Grauiora humido dimissa in humidum ferentur deorsum, donec descendant, et erunt leuiora in humido tantum, quantum habet grauitas humidi habentis tantam molem, quanta est moles solidae magnitudinis.

quod quidem feretur in deorsum, donec descendat, palam. partes enim humidi, quae sub ipsius, premuntur magis quam partes ex aequo ipsis iacentes, quoniam solida magnitudo supponitur grauior humido. quod autem leuiora erunt, ut dictum est, demonstrabitur. sit enim aliqua magnitudo quae *A*, quae est grauior humido, grauitas autem magnitudinis quidem, in qua *A*, sit quae *BG*, humidi autem habentis mo-

5. si enim] om. Comm.; lacuna uidetur esse. 7. est] ·ʃ· Tartalea. 8. neutra a neutra] h. e. quoniam aequilibritatem seruat $A + D$ ita positum, ut *A* in humido sit, *D* autem supra. male Nizzius: altera ab altera. 10. *D*] „*gd*“ Tartalea. 13. „ferrentur“ Tartalea. 16. „mole“ Tartalea, ut lin. 24. 17. „ferretur“ Tartalea. 18. sub ipsius] ὑπ᾽ αὐτοῦ. 19. quam] „quae“ Tartalea. aequo ipsis] „quo ipsas“ Tartalea. 24. sit quae] ἔστω ἡ; „sitque“ Tartalea.

lem aequalem ipsi *A* grauitas *B*. demonstrandum, quod magnitudo *A* in humido existens habebit grauitatem aequalem ipsi *G*. accipiatur enim aliqua alia magnitudo, in qua *D*, leuior humido molis aequalis cum ipsa. sit autem magnitudinis quidem, in qua *D*, grauitas aequalis grauitati *B*, humidi autem habentis molem aequalem magnitudini *D* grauitas sit aequalis grauitati *BG*. compositis autem magnitudinibus, in quibus



A, *D*, magnitudo simul utrarumque erit aeque grauis humido. grauitas enim magnitudinum simul utrarumque est aequalis ambabus grauitatibus, scilicet *BG* et *B*, grauitas humidi huius habentis molem aequalem ambabus magnitudinibus est aequalis eisdem grauitatibus. dimissis igitur magnitudinibus et proiectis in humidum aequerepentes erunt humido et nec ad sursum ferentur neque ad deorsum [prop. 3], quoniam magnitudo quidem, in qua *A*, exsistens grauior humido feretur ad deorsum et tanta ui a magnitudine, in qua *D*, retrahitur. magnitudo autem, in qua *D*, quoniam est leuior humido, eleuabitur sursum tanta ui, quanta est grauitas *G*; demonstratum est enim, quod magnitudines solidae leuiores humido impressae in humidum tanta ui referuntur ad sursum, quanto humidum aequae molis cum magnitudine est grauius magnitudine [prop. 6]. est autem humidum habens

6. „mole aequale" Tartalea. 14. huius habentis] τοῦ ἔχοντος. „mole" Tartalea. 18. „ferrentur" Tartalea, ut lin. 20. 19. quoniam] debebat esse: itaque. 20. tanta] ↄ: tantadem.

molem aequalem cum D [grauius quam D ipsa G grauitate]. Palam igitur, quod magnitudo, in qua A, fertur in deorsum tanta grauitate, quanta est G.

Suppositio II.


Supponatur, eorum, quae in humido sursum feruntur, unumquodque sursum ferri secundum perpendicularem, quae per centrum grauitatis ipsorum producitur.

Theorema VIII. Propositio VIII.

Si aliqua solida magnitudo habens figuram portionis sphaerae in humidum dimittatur ita, ut basis portionis non tangat humidum, figura insidebit recta ita ut axis portionis secundum perpendicularem sit. et si ab aliquo trahitur figura ita, ut basis portionis tangat humidum, non manet declinata, secundum dimittatur, sed recta restituatur.† [1])

---

1) Demonstratio huius propositionis apud Tartaleam deest (diserte ad eam respicitur prop. 9 p. 372, 15; 21); sed figurae cum



iis, quae ad prop. 9 pertinent, mixtae inueniuntur hae; demonstrationem de suo adiecit Commandinus.

---

1. grauius — grauitate lin. 2 om. Tartalea; suppleui ex Commandino. 3. „feri“ Tartalea. 13. secundum] „si“ Comm.


[Theorema IX. Propositio IX.]

Et igitur, si figura leuior exsistens humido dimittatur in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, figura insidebit recta ita, ut axis ipsius sit secundum perpendicularem.

intelligatur enim aliqua magnitudo, qualis dicta est, in humidum dimissa. intelligatur etiam et planum productum per axem portionis et per centrum terrae. sectio autem sit superficiei quidem humidi quae *ABGD* periferia, figurae autem *EZH* periferia, et quae *EH* recta. axis autem portionis sit quae *ZT*. si igitur est possibile, non secundum perpendicularem sit quae *ZT*. demonstrandum igitur, quod non manet figura, secundum in rectum statuetur. est autem centrum sphaerae usque *ZT*. rursum enim sit figura maior emisperio, et sit centrum sphaerae usque ad emisperium scilicet *T*, in minori autem *P*, in maiori autem *K*. per *K* autem et per centrum terrae *L* ducatur *KL*. figura autem extra humidum assumpta a superficie humidi axem habet in perpendiculari, quae per *K*. propter eadem prioribus est centrum grauitatis ipsius in linea *NK*. sit enim *R*. totius autem portionis centrum grauitatis est in linea *ZT* inter *K*

1. Theorema cett. om. Tartalea, apud quem prop. 9 ita typis expressa est, quasi sit demonstratio propositionis 8. 11. sit quae] „sitque“ Tartalea. 14. secundum] „sed“ Comm. 15. usque] „in“ Comm. rursum] sc. ut in demonstratione prop. 8. 16. emisperio] ɔ: hemisphaerio; cfr. lin. 17. usque ad] „in dimidia sphaera“ Comm. 19. extra cett.] „quae est extra humidi superficiem“ Comm. 21. „eandem“ Tartalea. prioribus] in demonstr. prop. 8. 22. enim] δή?

et Z, et sit C. reliquae ergo figurae eius, quae in humido, centrum erit in recta CR inducta et absumpta, quae habebit ad CR eandem proportionem, quam habet grauitas portionis, quae extra humidum, ad gra-



uitatem figurae, quae in humido [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. sit autem O centrum dictae figurae, et per O perpendiculari[s ducatur LO]. feretur igitur grauitas portionis quidem, quae est extra humidum, secundum rectam RO ad deorsum, figurae autem, quae in humido, secundum rectam OL ad sursum [hypoth. 2]. non manet igitur figura, sed partes quidem figurae, quae uersus H, ferentur ad deorsum, quae autem uer-

1. inducta] διηγμένη. 6. „perpendiculari" Tartalea; cetera suppleuit Comm. 7. „ferretur" Tartalea, ut lin. 12.

sus *E*, ad sursum, et super hoc erit, donec quae *ZT* secundum perpendicularem fiat.[1])

---

1) Haec quoque propositio mutila ad nos peruenit. neque enim amplius quam primus casus pertractatus est, cum tamen de duobus ceteris promissum sit (p. 372, 15), et praeparatum (p. 372, 17). sed ne id quidem, quod exstat, satis perspicuum est.

---


1. super] scrib. semper. In fine: „explicit de insidentibus aquae liber“ Tartalea.

Liber II.

I.

Si aliqua magnitudo existens leuior humido dimittatur in humidum, hanc habebit proportionem in grauitate ad humidum molis aequalis sibi, quam habet demersa magnitudo ad totam magnitudinem.

demittatur enim in humidum aliqua magnitudo solida, quae sit *FA*, leuior humido. sit autem quod quidem demersum ipsum *A*, quod autem extra humidum *F*. demonstrandum, quod magnitudo *FA* ad humidum aequalis molis in grauitate hanc habet proportionem, quam *A* ad *FA*. accipiatur enim aliqua humida magnitudo, quae sit *NI*, molis aequalis cum *FA*, et ipsi quidem *F* sit aequale *N*, ipsi autem *A I*. et adhuc grauitas quidem magnitudinis *FA* sit *B*, ipsius autem *NI* quae *RO*, ipsius autem *I R*. magnitudo igitur *FA* ad *NI* hanc habet proportionem, quam grauitas *B* ad grauitatem *RO*. sed quoniam magnitudo *FA* in humidum dimissa est leuior



5. molis] „mobilis“ Tartalea. 8. quae] „quam“ Tartalea, ut lin. 14. 9. ipsum] ipsius?

existens humido, palam, quod demersae magnitudinis moles humidi habet grauitatem aequalem cum magnitudine *FA*. demonstratum est enim hoc [I, 5]. et quoniam quod secundum *A* humidum est *I*, ipsius autem *I* grauitas est *R*, ipsius autem *FA* grauitas est *B*, grauitas *B*, quae est habentis aequalem molem totius magnitudinis *FA*, est aequalis grauitati humidi *I*, scilicet ipsi *R*; et quoniam est, ut magnitudo *FA* ad humidum, quod secundum ipsam, scilicet *NI*, ita *B* ad *RO*, aequale autem est *B* ipsi *R*, ut autem *R* ad *RO*, ita *I* ad *NI* et *A* ad *FA*, ut ergo *FA* ad humidum, quod secundum ipsam, in grauitate, magnitudo *A* ad *FA*. † factum est aequale demersae magnitudinis, scilicet *A*. habet ergo magnitudo *FA* in grauitate ad *NI*, ita *B* ad *RO*. quam autem proportionem habet *R* ad *RO*, hanc habet proportionem … ad *R*, … et *A* ad *FA*. demonstratum est enim.

II.


Recta portio rectanguli conoidalis quando axem habuerit non maiorem, quam emiolium eius, quae usque axem, omnem proportionem habens ad humidum in grauitate, dimissa in humido ita, ut basis ipsius non tangat humidum, posita inclinata, non manet in-

---

1. „demeraes" Tartalea; „tantam humidi molem, quanta est pars magnitudinis demersa" Comm. 4. quod secundum] τὸ κατὰ τὴν *A* ὑγρόν. 6. „aequalitate mole" Tartalea; „grauitatem aequalem" Nizzius male. 10. *B*] (prius) „*BO*" Tartalea. 12. „ipsa" Tartalea. 13. factum] sequentia uerba sensu carent, nec opus sunt; „quod demonstrare oportebat" Comm. ceteris omissis. 17. ad *R*] in media lacuna Tartalea. 20. non maiorem] Torellius p. XVIII; „maiorem" Tartalea; „minorem" Comm.

clinata, sed restituetur recta. rectam dico consistere talem portionem, quando quod secuit ipsam fuerit aequidistanter superficiei humidi.

sit portio rectanguli conoidalis, qualis dicta est, et iaceat inclinata. demonstrandum, quod non manet, sed restituetur recta. secta autem ipsa plano per



axem recte ad planum, quod in superficie humidi, portionis sectio sit quae $APOL$ rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], axis autem portionis et diameter sectionis quae NO, superficiei autem humidi quae IS. si igitur portio non est recta, non utique erit quae AL aequidistans ipsi IS. quare non faciet angulum rectum quae NO ad IS. ducatur ergo quae $K\Omega$ contingens sectionem coni penes P.† [1])


1) Pars extrema demonstrationis apud Tartaleam deest; de suo adiecit Commandinus.

8. quae $APOL$] „que apol." Tartalea. 10. superficiei] pendet ab „sectio" lin. 8. quae IS] „quam K". Tartalea. 12. IS] „is K" Tartalea.

III.

Recta portio rectanguli conoidalis, quando axem habuerit non maiorem quam emiolium eius, quae usque ad axem, omnem proportionem habens ad humidum in grauitate, dimissa in humido ita, ut basis ipsius tota sit in humido, posita inclinata, non manet inclinata, sed restituetur ita, ut axis ipsius secundum perpendicularem sit.

dimittatur enim aliqua portio in humidum, qualis dicta est, et sit ipsius basis in humido. secta autem plano per axem recto ad superficiem humidi sectio sit quae *APOL* rectanguli coni sectio [*περὶ κων.* 11], axis autem portionis et diameter sectionis quae *PF*, superficiei autem humidi sectio sit quae *IS*; et si inclinata



iacet portio, non erit secundum perpendicularem axis. non ergo faciet quae *PF* angulos aequales ad *IS*. ducatur autem quaedam quae *KΩ* aequedistanter ipsi

3. non maiorem] Torellius p. XVIII; „maiorem" Tartalea; „minorem" Comm. 9. qualis] „aequalis" Tartalea. 13. sectionis] „sectio m, ƒ" Tartalea. 14. sit quae] „sitque" Tartalea.

IS contingens sectionem *APOL* penes *O*, et solidae quidem magnitudinis *APOL* centrum grauitatis sit *R*, ipsius autem *IPOS* solidi centrum *B*, et copulata quae *BR* educatur, et centrum grauitatis reliquae figurae, scilicet *ISLA*, sit *G* [cfr. ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. similiter[1]) demonstrabitur angulus quidem qui sub *ROK* acutus, perpendicularis quae ab *R*, *TR*, ad $K\Omega$ producitur, cadens inter *K* et Ω, sitque *RT*. si autem ab ipsis *G*, *B* ducantur aequedistanter ipsi *RT*, quod quidem in humido absumptum feretur sursum secundum productam per *G* [I hypoth. 2]. quod autem extra humidum secundum productam per *B* feretur deorsum, et non manet solidum *APOL* sic se habens in humido, sed quod quidem secundum *A* habebit lationem sursum, quod autem secundum *L* deorsum, donec fiat quae *PF* secundum perpendicularem.

IV.


Recta portio rectanguli conoidalis quando fuerit leuior humido et axem habuerit maiorem quam emiolium eius, quae usque ad axem, si in grauitate ad humidum aequae molis non minorem proportionem habeat illa, quam habet tetragonum quod ab excessu, quo maior est axis quam emiolius eius, quae usque

1) Sc. ac supra in demonstratione prop. 2, quae intercidit; de re u. Nizze p. 234, η.

6. *ROK*] „*rωK*“ Tartalea. 7. perpendicularis] scrib. et perp. *TR*] om. Comm. „*ko*“ Tartalea. 8. Ω] „o“ Tartalea. 10. „ferret“ Tartalea. 12. „producta“ Tartalea. 21. aequae] ɔ: aequalis; „aeque“ Tartalea.

ad axem, dimissa in humido ita, ut basis ipsius non tangat humidum, posita inclinata, non manet inclinata, sed restituetur in rectum.

esto portio rectanguli conoidalis, qualis dicta est, et dimissa in humidum, si est possibile, sit non recta, sed sit inclinata. secta autem ipsa per axem plano recto ad superficiem humidi portionis quidem sectio sit rectanguli coni sectio [*κεϱὶ κων.* 11] quae *APOL*, axis autem portionis et diameter quae *NO*, superficiei autem humidi sectio sit *IS*. si igitur portio non est recta, non faciet quae *NO* ad *IS* angulos aequales. ducatur autem quae *KΩ* contingens sectionem rectanguli coni penes *P*, aequidistans autem ipsi *IS*. a *P* autem aequedistanter ipsi *ON* ducatur quae *PF*, et accipiantur centra grauitatum, et erit solidi quidem *APOL* centrum *R*, eius autem, quod inter humidum, centrum *B*, et copuletur *BR* et educatur ad *G*, et sit solidi, quod supra humidi, centrum grauitatis *G* [*ἐπιπ. ἰσοϱϱ.* I, 8]. et quoniam quae *NO* ipsius quidem *RO* est emiolia[1]), eius autem, quae usque ad axem, est maior



---

1) Nam centrum grauitatis conoidis rectanguli ita in axi

---

1. axem] addendum: ad tetragonum quod ab axe. 4. „rectangula“ Tartalea. 11. diameter] sc. sectionis. 19. quae] „que“ Tartalea. 20. „contra grauitum“ Tartalea. 21. inter] ɔ: intra. 22. *BR*] „*gtr*“ Tartalea. 23. quod supra humidi] *τὸ ὑπὲϱ τοῦ ὑγϱοῦ*.

quam emiolia, palam, quod quae *RO* est maior quam quae usque ad axem. sit igitur quae *RH* aequalis ei, quae usque ad axem, quae autem *OH* dupla ipsius *HM*. quoniam igitur sit quae quidem *NO* ipsius *RO* emiolia, quae autem *MO* ipsius *OH*, et reliqua quae *MN* reliquae, scilicet *RH*, emiolia est.[1]) ipsi *MO* est maior quam emiolius est axis eius, quae usque ad axem, scilicet *RH*.[2]) et quoniam supponebatur portio ad humidum in grauitate non minorem proportionem habens illa, quam habet tetragonum, quod ab excessu, quo axis est maior quam emiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, palam, quod non minorem proportionem habet portio ad humidum in grauitate illa proportione, quam habet tetragonum quod ab *MO* ad id quod ab *NO*. quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habet demersa ipsius portio ad totam solidam portionem. demonstratum est enim hoc [prop. 1]. sed quam habet proportionem demersa portio ad totam, hanc

positum est, ut pars ad uerticem sita duplo maior sit altera; Quaest. Arch. p. 33.

1) Nam $MN = NO \div MO = \frac{3}{2}(RO \div OH) = \frac{3}{2}RH$.

2) H. e. $NO = \frac{3}{2}RH + MO$. „quae usque ad axem" (ἡ μέχρι τοῦ ἄξονος; περὶ κων. 3 p. 304, 3) est dimidia parametrus (p); u. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 51 nr. 13. sed $RH = \frac{1}{2}p$ (Apollon. con. V, 13). est igitur

$$NO = MN + MO = \frac{3}{2}RH + MO.$$

2. *RH*] „*rm*" Tartalea. 3. *OH*] „*on*" Tartalea. 4. *HM*] „*rm*" Tartalea. 5. *OH*] sc. emiolia. 6. reliquae] „reliqua" Tartalea. est] (alt.) igitur? „ergo axis tanto maior est quam sesquialter eius, quae usque ad axem, quanta est linea *MO*" Comm. 8. *RH*] „*rm*" Tartalea. 9. „minuerem" Tartalea. 14. proportione] „proportionem" Tartalea. 19. portio] „proportio" Tartalea.

habet tetragonum quod ab PF ad tetragonum quod ab NO. demonstratum est enim in iis, quae de conoidalibus, quod, si a rectangulo conoidali duae portiones qualitercunque productis planis abscindantur portiones, adinuicem eandem habebunt proportionem, quam tetragona quae ab axibus ipsorum [περὶ κων. 24]. non minorem ergo proportionem habet tetragonum quod a PF ad tetragonum quod ab NO, quam tetragonum quod ab MO ad tetragonum quod ab NO. quare quae PF non est minor quam MO, neque quae BP quam HO.[1]) si igitur ab H ipsi NO recta ducatur, cadet intra B et P. quoniam igitur quae quidem PF est aequidistanter diametro, quae autem MT est perpendicularis ad diametrum, et quae RH aequalis ei, quae usque ad axem, ab R ad T copulata et educta facit angulos rectos ad contingentem secundum P.[2]) quare et ad IS et ad eam, quae per IS, superficiem humidi faciet aequales angulos.[3]) si autem per B, G ipsi RT aequedistantes ducantur, anguli recti erunt facti ad superficiem humidi, et quod quidem in humido assumitur

---

1) Nam $BP = \frac{2}{3} PF$ (p. 380 not. 1) et
$HO = \frac{2}{3} MO$ ↄ: $BP \geqq HO$.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 54 nr. 21.

3) Nam $IS \ddagger K\Omega$; tum u. Eucl. I, 29.

---

1. ab PF ad tetragonum quod ab NO] om. Tartalea lacuna relicta; corr. Comm. 6. ipsorum] post hoc uocabulum lacunam habet Tartalea. 10. HO] „*no*“ Tartalea. 11. H] „*m*“ Tartalea (et fortasse in figura permutandae M et H; nam in figura Tartaleae M loco litterae H positum est, sed praeterea inter M et O littera H). recta] πρὸς ὀρθάς. „cadent“ Tartalea. Post P desideratur: concidat in T; cfr. p. 385, 10. 14. RH] „*rm*“ Tartalea. 17. aequales] rectos? 18. autem] igitur? (δή).

solidum conoidalis sursum fertur secundum eam, quae per *B*, aequedistantem ipsi *RT*, quod autem extra humidum assumptum deorsum fertur in humidum secundum productam per *G* aequedistantem ipsi *RT* [I hypoth. 2], et per totum idem erit, donec utique conoidale rectum restituatur.


V.

Recta portio rectanguli conoidalis, quando leuior existens humido habuerit axem maiorem quam emiolium eius, quae usque ad axem, si ad humidum in grauitate non maiorem proportionem habeat illa, quam habet excessus, quo maius est tetragonum quod ab axe tetragono, quod ab excessu, quo axis est maior quam emiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, posita inclinata non manet inclinata, sed restituetur, ita ut axis ipsius secundum perpendicularem sit.

demittatur enim in humidum aliqua portio, qualis dicta est, et sit basis ipsius tota in humido. secta autem ipsa plano per axem recto ad superficiem humidi erit sectio rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11]; et sit quae *APOL*, axis autem et diameter sectionis quae *NO*, superficiei autem humidi sectio quae *IS*. et quoniam non est axis secundum perpendicularem, non faciet quae *NO* ad *IS* angulos aequales. ducatur

1. „ea" Tartalea. 3. „assumpta" Tartalea. 10. quae] „que" Tartalea. 12. „tetragonam" Tartalea. 23. axis] sc. portionis. 24. quae] (prius) „quam" Tartalea.

autem quae *KΩ* contingens sectionem *APOL* secundum *P* aequidistans ipsi *IS*, et per *P* ipsi *NO* aequedistans quae *PF*, et accipiantur centra grauitatum, et



sit ipsius quidem *APOL* centrum *R*, eius autem, quod extra humidum, *B*, et copulata quae *BR* educatur ad *G*, et sit *G* centrum grauitatis solidi assumpti in humido [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. et accipiatur quae *RH* aequalis ei, quae usque ad axem, quae autem *OH* dupla ipsius *HM*, et alia fiant consimiliter superiori [prop. 4 p. 381, 4]. quoniam igitur supponitur portio ad humidum in grauitate non maiorem proportionem habens proportione, quam habet excessus, quo maius est tetragonum quod ab *NO* tetragono quod ab *MO*, ad tetragonum quod ab *NO*, sed quam proportionem habet in grauitate portio ad humidum aequalis molis, hanc proportionem habet demersa ipsius portio ad totum solidum (demonstratum est enim hoc in primo theoremate), non maiorem ergo proportionem habet demersa magnitudo portionis ad totam portionem, quam sit dicta proportio. quare non maiorem proportionem habet tota portio ad eam, quae extra humidum, portionem, quam habet tetragonum

---

2. „grauitatem" Tartalea. 12. *RH*] „*rm*" Tartalea; cfr. ad p. 382, 11. 13. axem] „axe" lacuna relicta Tartalea. 19. ad] om. Tartalea. 25. proportio] „portio" Tartalea. 27. portionem] „proportionem" Tartalea.

quod ab NO ad tetragonum quod ab MO.[1]) habet autem tota portio ad portionem quam extra humidum eandem proportionem, quam habet tetragonum quod ab NO ad id quod a PF [περὶ κων. 24]. non maiorem ergo proportionem habet quod ab NO ad id a PF, quam quod ab NO ad id quod ab MO. non minor ergo fit quae PF quam quae OM. quare nec quae PB quam HO [p. 382 not. 1]. quae ergo ab H producitur ipsi NO ad rectos angulos, concidet ipsi BP intra P et B. concidat secundum T. et quoniam in rectanguli coni sectione quae PF est aequidistanter diametro NO, quae autem HT perpendicularis super diametrum, quae autem RH aequalis ei, quae usque ad axem, palam, quod quae RT educta facit angulos rectos ad $KP\Omega$. quare et ad IS [p. 382 not. 2—3]. quae ergo RT est perpendicularis ad superficiem humidi. et per signa B, G aequedistanter ipsi RT productae erunt perpendiculares ad superficiem humidi. quae quidem igitur extra humidum portio deorsum feretur in humidum secundum productam per B perpendicularem, quae autem intra humidum sursum feretur secundum perpendicularem, quae

1) Est $ISAL : APOL \leqq NO^2 \div MO^2 : NO^2$ siue

$$APOL : ISAL \geqq NO^2 : NO^2 \div MO^2;$$

itaque ἀναστρέψαντι (Eucl. V, 19 πόρισμα et Pappus VII, 48 p. 686)

$$APOL : APOL \div ISAL \leqq NO^2 : MO^2.$$

1. MO] „*mt*“ Tartalea. 5. quod] „quae“ Tartalea. id] id quod? 8. HO] „*no*“ Tartalea. 9. H] „*m*“ Tartalea. NO ad rectos angulos] „*ro* aequidistans“ Tartalea. 12. NO] „*ro*“ Tartalea. HT] „*nt*“ Tartalea. 13. RH] „*rm*“ Tartalea. 20. „ferretur“ Tartalea, ut lin. 22. „producta“ Tartalea.

per G, et non manet solida portio $APOL$, sed intra humídum erit motum, donec utique quae NO fiat secundum perpendicularem.


VI.

Recta portio rectanguli conoídalis quando humido leuior existens axem habuerit maiorem quidem quam hemiolium, minorem autem, quam ut habet hanc proportionem ad eam quae usque ad axem, quam habent quindecim ad quattuor, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius contingat humidum, numquam stabit inclinata ita, ut basis ipsius secundum unum signum contingat humidum.

sit portio, qualis dicta est, et dimissa in humidum consistat, sicut ostensum est, ita ut basis ipsius secundum unum signum contingat humidum. secta autem ipsa per axem plano recto ad superficiem humidi sectio superficiei portionis sit quae $APOL$ rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], superficiei autem humidi quae AS, axis autem portionis et diameter sit quae NO, et secetur secundum F quidem ita, ut quae OF sit quae dupla ipsius FN, secundum Ω autem ita, ut quae NO ad $F\Omega$ habeat proportionem quam quindecim ad quattuor, et ipsi NO adducatur quae ΩK. quae autem NO maiorem proportionem habet ad $F\Omega$, quam ad eam, quae usque ad axem. sit quae FB aequalis ei, quae usque ad axem, et ducatur quae qui-

2. „in motum" Tartalea (in motu?). 7. habet] habeat? 17. superficiei] deleo. 19. diameter] sc. sectionis. 20. ut] om. Tartalea. 21. quae] deleo. 23. adducatur] „ad rectos angulos ducatur" Comm. 25. „ea" Tartalea.

dem PC aequedistanter ipsi AS contingens sectionem $APOL$ secundum P, quae autem PI aequedistanter ipsi NO. secet autem quae PI prius ipsam $K\Omega$. quoniam igitur in portione $APOL$ contenta a recta et a sectione rectanguli coni quae quidem KH aequedistanter ipsi AL, quae autem PI aequedistanter diametro secta ipsa $K\Omega$, quae autem AS aequedistanter contingenti secundum P, necessarium est, ipsam PI autem eandem proportionem habere ad PH, quam habet quae $N\Omega$ ad ΩO, aut maiorem proportionem. demonstratum est enim hoc persumpta.[1]) quae autem ΩN est emiolia ipsius ΩO.[2]) et quae IP ergo aut emiolia est ipsius HP aut maior quam emiolia. quae ergo PH ipsius HI aut dupla est aut minor quam dupla.[3])



1) A quo, nescimus; cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 54 nr. 22.

2) Nam $FO = 2FN$; itaque $FN : NO = 1 : 3 = 5 : 15$, et ex hypothesi est $F\Omega : NO = 4 : 15$. quare addendo erit $FN + F\Omega : NO = 9 : 15 = N\Omega : NO$; unde $O\Omega : N\Omega = 6 : 9$.


3) Erat $PI : PH \geqq N\Omega : O\Omega$ et $N\Omega = \frac{3}{2} O\Omega$; unde

$$PI \geqq \tfrac{3}{2} PH.$$

itaque $HI = PI \div PH \geqq \frac{1}{2} PH$, h. e. $PH \leqq 2HI$.

9. KH] $K\Omega$ Comm. 10. „ipsa AL quo" Tartalea. 14. P] hic lacunam habet Tartalea. 15. autem] aut? 17. aut] om. Tartalea. 18. persumpta] per sumpta? ΩN] „ωh" Tartalea. 19. IP] „ih" Tartalea.

sit autem quae *PT* ipsius *TI* dupla. centrum ergo grauitatis eius, quod in humido, est signum *T* [p. 380 not. 1]. et copulata quae *TF* educatur, et sit centrum grauitatis eius, quod extra humidum, *G* [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8], et a *B* ipsi *NO* recta quae *BR*. quoniam igitur est quae quidem *PI* aequedistanter diametro *NO*, quae autem *BR* perpendicularis super diametrum, quae autem *FB* aequalis ei, quae usque ad axem, palam, quod quae *FR* educta aequales angulos faciet ad contingentem sectionem *APOL* secundum *P* [p. 382 not. 2—3]. quare et ad *AS* et ad superficiem aquae. ductis autem per *T*, *G* aequedistanter ipsi *FB*, erunt et ipsae perpendiculares ad superficiem aquae, et magnitudo quidem inter humidum assumpta ex solido *APOL* sursum feretur secundum eam, quae per *T*, perpendicularem; quae autem extra humidum, deorsum feretur in humidum secundum eam, quae per *G*, perpendicularem. reuoluetur ergo solidum *APOL*, et basis ipsius non tanget superficiem humidi secundum unum signum. si autem quae *PI* non secuerit lineam *KΩ*, sicut in secunda figura descriptum est, manifestum, quod signum *T*, quod est centrum gra-



9. *FR*] „*tr*" Tartalea. aequales] h. e. rectos. faciet] om. Tartalea. 15. „ferretur" Tartalea. 18. „ferret" Tartalea. 27. secunda] „solida" Tartalea; corr. Comm.

uitatis demersae portionis cadet inter *P* et *I*, et reliqua similiter demonstrabuntur.


VII.

Recta portio rectanguli conoidalis quando humido leuior fuerit et axem habuerit maiorem quidem quam emiolium eius, quae usque ad axem, minorem autem quam ut proportionem habeat ad eam, quae usque ad axem, quam quindecim ad quattuor, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, nunquam stabit ita, ut basis ipsius tangat superficiem humidi, sed ut tota sit in humido, nec secundum unum signum tangens superficiem.

sit portio, qualis dicta est, et dimissa in humidum, sicut dictum est, consistat ita, ut basis ipsius tangat superficiem humidi. demonstrandum, quod non manet, sed reuoluetur ita, ut basis ipsius tangat superficiem humidi non secundum unum signum. secta enim ipsa plano recto ad superficiem humidi sectio sit quae *APOL* rectanguli coni sectio [*περὶ κων.* 11]. sit autem et superficiei humidi sectio quae *SL*, axis autem portionis et diameter quae *PF*.† sit *I*. rursum autem secetur quae *PF* secundum *R* quidem ita, ut quae *RP* sit dupla ipsius *RF*, secundum *Ω* autem ita, ut quae *PF* ad *RΩ* proportionem habeat, quam quindecim ad quattuor, et quae *ΩK* recta ducatur super *PF*. erit autem minor quae *RΩ* quam ea quae

6. eius, quae] „eiusq′“ Tartalea. autem quam] „aut“ Tartalea. 18. recto] „recta“ Tartalea. 20. humidi] „humida“ Tartalea. *SL*] „*sa*“ Tartalea. 21. sit *I*] ? 24. *PF*] „*pω*“ Tartalea.

usque ad axem [cfr. p. 386, 24]. accipiatur igitur ei quae usque ad axem aequalis quae RH, et quae quidem CO ducatur contingens sectionem penes O existens




aequedistans ipsi SL, et quae NO et aequedistans ipsi PF. secet autem quae NO ipsam $K\Omega$ prius secundum I. consimiliter autem praecedenti demonstrabitur, quod quae NO aut hemiolia est ipsius OI aut maior quam hemiolia. erit autem quae OI ipsi IN minor quam dupla.[1]) sit igitur quae OB dupla ipsius BN, et disponantur eadem prioribus [p. 388, 1 sq.]. similiter igitur demonstrabitur quae RT faciens angulos rectos ad CO [p. 382 not. 2—3] et ad superficiem humidi, et ab ipsis B, G productae aequedistanter ipsi

1) $ON : OI \geqq F\Omega : P\Omega$ (p. 387 not. 3); $F\Omega = \frac{3}{2} P\Omega$; itaque $ON \geqq \frac{3}{2} OI$. et $IN = ON \div OI \geqq \frac{1}{2} OI$, h. e. $OI \leqq 2 IN$. — fig. 2 om. Tartalea.

3. sectionem] „sectiones" Tartalea. 4. SL] „*as*" Tartalea. et quae NO et] ἡ δὲ NO καί. 8. erit] „sit" Tartalea, Comm. OI] „*ot*" Tartalea. IN] „*tn*" Tartalea. 10. eadem] „tandem" Tartalea. „*rf*" Tartalea, ut p. 391 lin. 1.

RT erunt perpendiculares super superficiem humidi. portio igitur quae quidem extra humidum deorsum



feretur in humidum secundum eam, quae per B, perpendicularem, quae autem inter humidum, sursum feretur secundum eam, quae per G. manifestum igitur, quod uoluitur solidum ita, ut basis ipsius nec secundum unum contingat superficiem humidi, quoniam nunc secundum unum tangens ad deorsum feretur ex parte A. — manifestum autem, quod et, si quae NO non secuerit ipsam ΩK, eadem demonstrabuntur.

VIII.

Recta portio rectanguli conoidalis quando axem habuerit maiorem quam hemiolium eius, quae usque ad axem, minorem autem quam ut ad eam, quae ad

3. „ferretur" Tartalea, ut lin. 4. 5. „quam" Tartalea. manifestum] „maximum" Tartalea. 6. „aduoluit" Tartalea. nec] οὐδέ. 8. „ferret" Tartalea. 10. „eandem" Tartalea. 14. quam] om. Tartalea.


axem, habeat proportionem, quam habet quindecim ad quattuor, si grauitate ad humidum habeat proportionem minorem proportione, quam habet tetragonum quod ab excessu, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius non tangat humidum, nec in rectum restituetur nec manebit inclinata, nisi quando axis ipsius ad superficiem humidi fecerit angulum aequalem ei, qui dicendus est.

sit portio, qualis dicta est, et sit quae BD aequalis axi, et quae quidem BK sit dupla ipsius KD, quae autem RK aequalis ei, quae usque ad axem. sit autem et quae quidem CB hemiolia ipsius BR. quam autem proportionem habet portio in grauitate ad humidum, hanc habeat quod ab FQ tetragonum ad id, quod a DB. sit autem et quae F dupla ipsius Q. palam igitur, quod quae FQ ad ipsam DB proportionem habet minorem proportione, quam habet quae CB ad ipsam BD.[1]) excessus enim quod CB est, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem. quae ergo FQ erit minor ipsa BC. quare et quae F minor ipsa BR. sit autem ipsi F aequalis quae $R\mathfrak{X}$, et super ipsa BD recta ducatur quae

1) Erat $CB = \frac{3}{2}BR$. sed
$$CD = BD \div BC = \tfrac{3}{2}(BK \div BR) = \tfrac{3}{2}RK.$$
et $CB = BD \div CD = BD \div \frac{3}{2}RK =$ excessui. et ex hypothesi est $CB^2 : BD^2 >$ sectio : humidum, h. e.
$$CB^2 : BD^2 > FQ^2 : BD^2 \text{ (ex hypothesi).}$$

2. grauitate] „grauis“ Tartalea. 13. CB] „*eb*“ Tartalea. 15. habeat] om. Tartalea. 17. „*fg*“ Tartalea. 19. CB] „*tb*“ Tartalea. quod] ? CB] „*gd*“ Tartalea. 22. quae] „quam“ Tartalea.

𝔛E, quae possit dimidium eius, quod sub *KR*, *B𝔛*, et copuletur quae *BE*. demonstrandum, quod portio di-




missa in humidum, ut dictum est, consistet inclinata ita, ut axis ad superficiem humidi faciat angulum aequalem angulo *EB𝔛*. — demittatur enim aliqua portio in humidum, et basis ipsius non tangat superficiem humidi. et si possibile est, axis ipsius ad superficiem humidi non faciat angulum aequalem angulo *B*, sed primo maiorem. secta autem portione per axem plano recto ad superficiem humidi sectio erit quae *APOL* rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], superficies autem humidi quae *XS*, axis autem et diameter portionis quae *NO*. ducatur autem et quae quidem *PY* aequedistanter ipsi *XS* contingens sectionem *APOL* secundum *P*, quae autem *PM* aequedistanter ipsi *NO*, quae autem *PI* perpendicularis super *NO*,

1. *B𝔛*] „*x*“ Tartalea. 5. „demonstratur“ Tartalea. aliqua] delet Nizzius. 10. erit] sit? 11. „quam“ Tartalea. 12. superficiei? (sc. sectio). *XS*] „*xs*“ Tartalea, qui omnino litteras *X* et *𝔛* confundit.

et quae quidem BR sit aequalis ipsi $O\Omega$, quae autem RK ipsi $T\Omega$, et quae ΩH recta super axem. quoniam igitur supponitur axis portionis ad superficiem humidi facere angulum maiorem angulo B, palam, quod angulo PIN angulus qui ad PYI est maior angulo B. maiorem igitur proportionem habet tetragonum quod a PI ad tetragonum quod ab IY, quam tetragonum quod ab $E\mathfrak{X}$ ad tetragonum quod a $\mathfrak{X}B$.[1]) sed quam quidem proportionem habet tetragonum quod a PI ad id, quod ab IY, hanc habet quae KR ad YI[2]); quam autem proportionem habet tetragonum quod ab $E\mathfrak{X}$ ad tetragonum a $\mathfrak{X}B$, hanc habet medietas ipsius KR ad $\mathfrak{X}B$.[3]) maiorem ergo proportionem habet quae KR ad YI, quam medietas ipsius KR ad $\mathfrak{X}B$. minor ergo est quam dupla quae IY ipsius $\mathfrak{X}B$. ipsius autem OI dupla est quae IY propter septimum theorema primi libri elementorum conicorum Apollonii.[4]) est ergo quae OI minor quam

---



1) Sit $\angle ACB = 90^0$ et $\angle EDC > BAC$; ducatur $AF \# DE$. erit $CF : AC > CB : AC$; sed $CF : AC = CE : CD$; h. e. $CE : CD > CB : AC$. cfr. Zeitschr. f. Math. XXIV p. 179 nr. 8.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 51 nr. 13.

3) Nam ex hypothesi: $E\mathfrak{X}^2 = \frac{1}{2} KB \times B\mathfrak{X}$, h. e. $E\mathfrak{X}^2 : B\mathfrak{X}^2 = \frac{1}{2} KB : B\mathfrak{X}$.

4) Zeitschr. f. Math. XXV p. 53 nr. 16. Apollonii I, 7, quae

---

1. $O\Omega$] „$i\omega$" Tartalea. 2. $T\Omega$] „no" Tartalea. „rectam" Tartalea. 5. angulo PIN] ? PYI] „pim" Tartalea. 7. IY] „i" ante lacunam Tartalea, ut lin. 10. 8. $\mathfrak{X}B$] „xo" Tartalea. 11. YI] „i" post lacunam Tartalea, ut lin. 14. 12. medietas] ɔ: dimidium. 15. IY] „i" Tartalea. 16. $\mathfrak{X}B$] „cd" Tartalea. IY] „ω" Tartalea; om. Comm. 18. „conoycorum" Tartalea.

$\mathfrak{X}B$; quare quae $I\Omega$ est maior quam $\mathfrak{X}R$.[1]) quae autem $\mathfrak{X}R$ est aequalis ipsi F. maior ergo est quae $I\Omega$ quam F. et quoniam supponitur portio ad humidum in grauitate habere proportionem, quam tetragonum quod ab FQ ad tetragonum quod a BD, quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habet proportionem pars ipsius demersa ad totam portionem [prop. 1], quam autem pars demersa ad totam, hanc habet tetragonum quod a PM ad tetragonum quod ab ON [περὶ κων. 24], quam ergo proportionem habet tetragonum quod ab FQ ad tetragonum quod a BD, hanc proportionem habet tetragonum quod ab MP ad tetragonum quod ab ON. aequalis ergo est quae FQ ipsi PM.[2]) quae autem PH demonstrata est esse maior quam F.[3]) palam ergo, quod quae PM est minor quam hemiolia ipsius PH, et PH maior quam dupla ipsius HM.[4]) sit igitur quae PZ dupla ipsius ZM. erit autem T quidem centrum grauitatis solidi[5]), eius autem, quod intra humidum, Z, reliquae autem magnitudinis centrum

hic locum non habet, Archimedes certe non citauerat; om. Comm.

1) Nam ex hypothesi est $RB = O\Omega$.

2) Nam ex hypothesi est $BD = ON$.

3) Nam $PH = I\Omega$.

4) $PM = FQ = \frac{3}{2}F$, sed $PH > F$; itaque $PM < \frac{3}{2}PH$. et $HM = PM \div PH < \frac{3}{2}PH \div PH$, h. e. $PH > 2HM$.

5) Nam $T\Omega = RK$, $O\Omega = BR$; ergo $BK = TO$; sed $BK = 2KD$, et $BD = NO$; quare $TO = 2NO$; tum u. p. 380 not. 1.

4. „perportionem" Tartalea. 6. portio] „proportio" Tartalea. 10. ad] „a" Tartalea. 13. MP] „*mh*" Tartalea. 16. hemiolia ipsius PH, et PH maior quam] om. Tartalea; suppleui ex Comm. 19. solidi] „totius solidi" Comm. 20. „reliquam" Tartalea.


grauitatis erit in linea ZT copulata et educta, et educatur ad G [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. demonstrabitur autem similiter quae TH perpendicularis existens ad superficiem humidi [p. 382 not. 3]. et portio quidem quae intra humidum fertur ad extra humidi secundum perpendicularem ductam per Z ad superficiem humidi; quae autem extra humidum feretur intra humidum secundum eam, quae per G. non manet autem portio secundum suppositam inclinationem nec etiam in rectum restituetur. palam enim propter hoc, quoniam quae producuntur per Z, G perpendiculares quae quidem per Z perducit ipsi GL ad easdem partes cadit, ad quas est L et secundum G, quae autem per G ad easdem ipsi A. palam, quod propter praedicta Z quidem centrum sursum feretur, G autem deorsum. quare totius magnitudinis quae ex parte A deorsum feretur. hoc autem erat inutile ad demonstrandum.

supponatur rursum alia quidem eadem, axis autem portionis ad superficiem humidi faciat angulum minorem eo, qui apud B; minorem autem proportionem habet tetragonum quod a PI ad tetragonum quod ab $\dot{I}Y$, quam quod ab $E\mathfrak{X}$ ad id quod a $\mathfrak{X}B$ [p. 394 not. 1]. et quae KR ergo ad YI minorem propor-

---

3. similiter] sc. ac antea. 5. ad extra humidi] ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ ὑγροῦ. 6. „ducta" Tartalea. ad] om. Tartalea. 7. „ferretur" Tartalea. 8. „ea" Tartalea. autem] δή? 11. Ante alt. „quae" lacunam habet Tartalea. 12. „perducit ipsi GL" et lin. 13: „et secundum G" om. Comm.; locus corruptissimus. 13. L] om. Tartalea. 14. A] „zg" Tartalea. 15. „ferretur" Tartalea, ut lin. 17. 17. hoc autem] cet. om. Comm. haec tota conclusio omnino obscurior est. 20. autem] δή? 22. IY] „$i\omega$" Tartalea, ut p. 397 lin. 2. quod ab $E\mathfrak{X}$] „ad abx" Tartalea. 23. YI] „ωi" Tartalea.

tionem habet, quam medietas ipsius KR ad $\mathfrak{X}B$. est ergo quae IY maior quam dupla ipsius $\mathfrak{X}B$. ergo quae ΩI minor. ipsius autem OI dupla. maior ergo



est quae OI ipsius $\mathfrak{X}B$. est autem et tota quae $O\Omega$ aequalis ipsi RB, et reliqua minor est quam $\mathfrak{X}R$.[1]) erit ergo et quae PH minor quam F. quae autem MP ipsi FQ est aequalis. palam, quod PM est maior quam emiolia ipsius PH, quae autem PH minor quam dupla ipsius HM. sit igitur quae PZ ipsius ZM dupla. igitur rursum totius quidem centrum grauitatis erit T, eius autem, quod intra humidum, Z. copulata autem ZT inuenietur centrum eius, quod

1) Et haec omnia et sequentia satis adparent ex iis, quae dicta sunt p. 394—95 cum notis. fig. 2 om. Tartalea.

2. „maiorem" Tartalea. ergo—minor] om. Comm. 3. maior] om. Tartalea lacuna relicta. ergo] „ergo ω" Tartalea. 4. $O\Omega$] „ωt" Tartalea. 5. $\mathfrak{X}R$] „ψr" Tartalea.

extra humidum, in educta, et sit G, et ducatur perpendicularis ad superficiem humidi per Z, G aequedistanter ipsi NO. palam igitur, quod non manet tota portio, sed reuoluetur ita, ut axis ad superficiem humidi faciat angulum maiorem illo, quem nunc facit. quoniam nec axe faciente ad humidum angulum maiorem quam B consistit portio neque minorem, manifestum, quod tantum angulum faciente consistet. sic enim erit quae IO aequalis ipsi $\mathfrak{X}B$, et quae ΩI ipsi $\mathfrak{X}R$, et quae PH ipsi F.[1]) erit igitur MP emiolia ipsius PH, quae autem PH ipsi HM dupla. quod autem †. ergo eius quod in humido centrum grauitatis est H. quare secundum eandem perpendicularem sursum feretur, et quod extra deorsum feretur. manebit ergo. contra pellentur enim ad inuicem.

IX.

Recta portio rectanguli conoidalis quando axem habuerit maiorem quidem quam hemiolium eius, quae usque ad axem, minorem autem quam ut hanc habeat proportionem, quam habent quindecim ad quattuor,

1) Nam $BE\mathfrak{X} \sim PYI$; itaque (Eucl. VI, 4)


$$RI^2 : YI^2 = E\mathfrak{X}^2 : \mathfrak{X}B^2,$$

h. e. $KR : YI = \frac{1}{2}KR : \mathfrak{X}B$, et $YI = 2\mathfrak{X}B = 2OI$; $\mathfrak{X}B = OI$. sed $BR = O\Omega$; itaque subtrahendo $\mathfrak{X}R = \Omega I$ siue $PH = F$. et $MP = FQ = \frac{3}{2}F = \frac{3}{2}PH$ siue $PH = 2HM$. tum u. p. 380 not. 1.

1. ducantur perpendiculares? 5. maiorem] cum Comm.; „minorem quam“ Tartalea. 9. ΩI] „ω“ Tartalea. 10. MP] „mh“ Tartalea. 11. HM] „$h\omega$“ Tartalea. quod autem] lacuna relicta Tartalea; om. Comm. 12. H] om. Tartalea. 13. „ferretur“ Tartalea, ut lin. 14. 14. contra cet.] „quoniam altera pars ab altera non repelletur“ Comm. 19. quam] om. Tartalea. 20. „proportione“ Tartalea.

et in grauitate ad humidum habeat proportionem maiorem proportione, quam habet excessus, quo tetragonum quod ab axe est maius tetragono, quod ab excessu, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, demissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, posita inclinata nec ut axis ipsius secundum perpendicularem sit nec manebit inclinata, nisi quando axis ipsius ad superficiem humidi fecerit angulum aequalem accepto similiter ut prius [prop. 8].

esto portio, qualis dicta est, et ponatur quae DB aequalis axi portionis, et quae quidem BK sit dupla ipsius KD, quae autem KR aequalis ei, quae usque ad axem, quae autem CB hemiolia ipsius BR. quam



autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habeat excessus, quo excedit tetragonum quod a BD tetragonum quod ab FQ, ad tetragonum quod a BD. sit autem quae F dupla ipsius Q. pa-

lam igitur, quod excessus, quo excedit tetragonum quod a BD tetragonum quod a BC, ad tetragonum quod a BD minorem habere proportionem quam excessus, quo tetragonum quod a BD excedit tetragonum quod a FQ, ad tetragonum quod a BD. est enim BC excessus, quo axis portionis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem [u. p. 392, 19 et not. 1]. minor est in †. maiori ergo tetragonum quod a BD excedit id, quod ab FQ, quam tetragonum quod a BD excedat tetragonum quod a BC. quare quae FQ est minor quam BC. ergo et quae F quam BR.[1]) sit igitur ipsi F aequalis quae $R\mathfrak{X}$, et quae $\mathfrak{X}E$ recta ducatur super BD potens medietatem eius, quod continetur sub KR, $\mathfrak{X}B$. dico, quod portio demissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, consistat ita, ut axis ipsius ad superficiem humidi faciat angulum aequalem angulo B.

demittatur quidem enim portio in humidum, ut dictum est, et non faciat axis ad superficiem humidi angulum aequalem B, sed maiorem primo. secta autem ipsa plano recto ad superficiem humidi portionis sectio sit quae $APOL$ rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], superficiei autem humidi quae CI, axis autem portionis et diameter sectionis sit quae NO, et sit secta secundum Ω, T ut et prius [u. prop. 8 p. 394, 1—2]. ducatur autem quae quidem YP aequedistanter ipsi

1) Nam ex hypothesi est $F = \frac{2}{3} FQ$ et $BR = \frac{2}{3} BC$.


1. excedit] „excidit“ Tartalea. 3. „minorem habere“ usque ad „est enim BC excessus“ lin. 6 (incl.) om. Tartalea; suppleui ex Comm.; cfr. p. 392, 17 sq. 8. minor est in] ?; om. Comm. 10. excedit? 14. $\mathfrak{X}B$] „et iungatur BE“ addit Nizzius collato p. 393, 2.

CI contingens sectionem secundum *P*, quae autem *MP* aequedistanter ipsi *NO*, quae uero *PS* perpendicularis super axem. quoniam igitur axis portionis ad superficiem humidi facit angulum maiorem angulo *B*, erit utique et angulus qui sub *SYP* maior angulo *B*. tetragonum ergo quod a *PS* ad tetragonum quod ab *SY* habet proportionem maiorem, quam tetragonum quod a *𝔛E* ad tetragonum quod a *𝔛B*.[1]) ergo et quae *KR* ad *SY* habet proportionem maiorem, quam medietas ipsius *KR* ad *𝔛B*. minor ergo quae *SY* quam dupla ipsius *𝔛B*, et quae *SO* quam *𝔛B* minor. quae *SΩ* ergo maior quam *R𝔛*, et quae *PH* quam *F*. et si portio in grauitate ad humidum habet proportionem, quam excessus, quo tetragonum quod a *BD* est maius tetragono quod ab *FQ*, ad tetragonum quod a *BD*, quam autem proportionem habet portio in grauitate ad humidum, hanc proportionem habet demersa ipsius portio ad totam [prop. 1], palam, quod eandem habebit proportionem demersa ipsius portio ad totam portionem, quam excessus, quo tetragonum quod a *BD* excedit tetragonum quod ab *FQ*, ad tetragonum quod a *BD*. habebit igitur et tota portio ad eam, quae extra humidum, proportionem, quam tetragonum quod a *BD* ad id, quod ab *FQ*.[2]) quam autem proportionem habet tota

1) De hoc et de sequentibus u. p. 394, 6 seqq. cum notis.
2) Erat tota portio: pars demersa $= BD^2 : BD^2 \div FQ^2$; tum ἀναστρέψαντι sequitur, quod quaerimus.

3. igitur] „egit“ Tartalea. 17. portio] „proportio“ Tartalea, ut p. 402 lin. 1. 19. quod] om. Tartalea.

portio ad eam, quae extra humidum, hanc habet quod ab *NO* ad id, quod a *PM* [περὶ κων. 24]. aequalis ergo quae *MP* ipsi *FQ* [p. 395, 14]. quae autem *PH* demonstrata est maior quam quae *F*. ergo *MH* est minor quam *Q*. ergo quae *PH* est maior quam dupla ipsius *HM*.[1]) sit igitur quae *PZ* dupla ipsius *ZM*, et copulata quae *ZT* educatur ad *G*. erit ergo totius quidem portionis centrum grauitatis *T*, eius autem, quae extra humidum, *Z* [p. 395 not. 5], eius uero, quae intra, in linea *TG* [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. sit autem *G*. demonstrabitur autem similiter prioribus quae *TH* perpendicularis ad superficiem humidi [p. 382 not. 2], et quae per *Z*, *G* aequedistanter ipsi *TH* productae perpendiculares et ipsae super superficiem humidi. fere-



tur ergo quae quidem extra humidum portio deorsum

1) U. p. 395 not. 4.

1. quae] „quam“ Tartalea. 4. *F*] om. Tartalea. 5. *PH*] „*pm*“ Tartalea. 13. *TH*] „*tn*“ Tartalea. 14. „ferretur“ Tartalea, ut p. 403 lin. 6.

secundum eam, quae per Z, quae autem intra secundum eam, quae per G, eleuabitur. non manet ergo tota portio sine inclinatione, nec etiam conuertetur ita, ut axis sit perpendicularis super superficiem humidi, quoniam quae ex parte L deorsum, quae autem ex parte A ad superiora ferentur propter proportionalia dictis in praecedenti [p. 396, 10 sq.].

si autem axis ad humidum faciat angulum minorem angulo B, consimiliter prioribus demonstrabitur, quod non manebit portio, sed inclinabitur, donec utique axis ad superficiem humidi faciat angulum aequalem angulo B [prop. 8 p. 396, 18 sq.].

X.


Recta portio rectanguli conoidalis quando leuior existens humido habuerit axem maiorem, quam ut habeat proportionem ad eam, quae usque ad axem, quam habent quindecim ad quattuor, demissa in humidum ita, ut basis ipsius non tangat humidum, quandoque quidem recta consistet, quandoque autem inclinata, et quandoque quidem ita inclinata, ut basis ipsius secundum unum signum tangat superficiem humidi, et hoc in duabus dispositionibus faciet[1]), et quandoque ita inclinata consistet, ut basis ipsius secundum ampliorem locum humefiat, quandoque autem ita, ut basis ipsius nec se-

1) U. pars III; errat Nizze; idem infra p. 404 lin. 1 addi potuit (pars II et V).

4. super] om. Tartalea. 5. deorsum, quae autem ex parte A] om. Tartalea; suppl. Comm. 16. quae] „quam" Tartalea. 18. quandoque] „nonnunquam" Comm. 19. quandoque] „quinque" Tartalea.

cundum unum tangat superficiem humidi; quam autem proportionem habeant ad humidam in grauitate, singula horum demonstrabuntur.

sit portio, qualis dicta est, et secta ipsa plano recto ad superficiem humidi sectio in superficie sit quae *APOL* rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], axis autem et diameter sectionis sit quae *BD*. secetur autem quae *BD* secundum *K* ita, ut dupla sit quae *BK* ipsi *KD*, secundum *C* autem, ut quae *BD* ad *KC*



habeat proportionem, quam habent quindecim ad quattuor. palam igitur, quod quae *KC* est maior ea, quae usque ad axem [ex hypothesi]. sit quae *KR* aequalis ei, quae usque ad axem, ipsius autem *KR* sit hemiolia

2. singula horum] καθ' ἕκαστον τούτων, quod interpretandum erat: in singulis. 9. *BK*] „*bd*" Tartalea. 12. „sit quae *KR*" ad „axem" lin. 13 om. Tartalea; corr. Comm.

quae *DS*. est autem et quae *SB* hemiolia ipsius *BR*.[1]) copuletur autem ipsa *AB*, et ipsa *CE* recta producta ducatur quae *EZ* aequedistanter ipsi *BD*, et rursum ipsa *AB* secta in duo aequalia penes *T* ducatur aequedistanter ipsi *BD* quae *TH*, et accipiatur rectanguli coni sectio quae *AE* circa diametrum *EZ*, et quae *AT* circa diametrum *TH*, ita ut similis sit quae *AEI*, *ATD* portioni *ABL*.[2]) describetur autem quae *AEI* coni sectio per *K*[3]); quae autem ab *R* recta producta ipsi *BD* secat ipsam *AEI*.[4]) secet secundum *Y*, *G*. cum per *Y*, *G* ducantur aequedistanter ipsi *BD* quae *OGN*, *PYQ*; secent autem ipsae sectionem *ATD* penes *X*, *F*. ducantur autem et quae *PΦ*, *OX* contingentes sectionem *APOL* secundum *O*, *P*. sunt tres quaedam portiones quae *APOL*, *AEI*, *ATD* contentae a rectis et a sectionibus rectangulorum co-

---

1) Nam $SB = BD \div SD = \frac{3}{2}BK \div \frac{3}{2}KR$
$= \frac{3}{2}(BK \div KR) = \frac{3}{2}BR.$

2) H. e. $BD : EZ = AD : AZ$ et $EZ : HT = AI : AD$. cfr. Zeitschrift f. Math., hist. Abth. XXV p. 46 nr. 3.

3) Nam $BK = 2KD$; unde $BC + CK = 2(CD \div CK)$; et $CK = \frac{1}{3}(2CD \div BC)$. uerum
$$BD : KC = 15 : 4 = BC + CD : \tfrac{1}{3}(2CD \div BC),$$
unde $2CD = 3BC$. sed $BC : CD = BE : EA = DZ : ZA$, quia $EC \ddagger AL$ et $EZ \ddagger BD$. itaque
$$DZ : ZA = 2 : 3 = BK : BD;$$
tum u. τετϱ. παϱαβ. 4 conuersa; Zeitschr. f. Math. XXV p. 58 nr. 2.

4) Nam ex hypothesi est $KR < KC$, quare $DR < DC$.

---

1. *DS*] om. lacuna relicta Tartalea. autem] δή? 2. recta] ɔ: ad *BD* perpendicularis. 3. quae] „que" Tartalea. figura et ordo litterarum apud Tartaleam corrupta sunt. 8. *ATD*] „*ath*" Tartalea. 11. cum] „et" Comm. 12. *OGN*] om. Tartalea. „secet" Tartalea. „ipse" Tartalea. 13. *ATD*] „*aod*" Tartalea. 14. *PΦ*, *OX*] „*pxo*" ante lacunam Tartalea.

norum rectae et similes et inaequales et tangentes super unamquanque basem, ab N autem sursum ducta est quae $N\mathfrak{X}GO$ et a Q quae $QFYP$, OG ergo ad $G\mathfrak{X}$ habet proportionem compositam ex proportione, quam habet quae IL ad LA, et quam habet quae AD ad DI.[1]) habet autem et quae LI ad LA, quam duo ad quinque; quae enim CB ad BD habet proportionem, quam sex ad quindecim[2]), hoc est quam duo ad quinque, et est, ut quae CB ad BD, ita quae EB ad BA, et quae DZ ad DA. harum autem DZ, DA duplae sunt ipsae LI, LA.[2]) quae autem AD ad DI proportionem habet, quam quinque ad unum.[3]) pro-

1) Ducatur Aw contingens ABL in A, et secet lineas NO, ZE, HT productas in c, v, m; erit (p. 405 not. 2)

$$BD : EZ = AD : AZ = Dw : Zv;$$

sed $Dw = 2BD$ (τετραγ. παραβ. 2); itaque $Zv = 2EZ$, et Aw tangens AEI; eodem modo etiam ATD tangit. quare (τετρ. παραβ. 5) $LN : AN = NO : Oc$, et συνθέντι

$$AL : AN = Nc : Oc;$$

unde $Oc = AN \times Nc : AL$; eodem modo

$$Gc = AN \times Nc : AI$$

et

$$\mathfrak{X}c = AN \times Nc : AD.$$

et $OG = Gc \div Oc = AN \times Nc \times (AL \div IA) : IA \times AL$, et $G\mathfrak{X} = \mathfrak{X}c \div Gc = AN \times Nc \times (IA \div AD) : AD \times IA$. itaque $OG : G\mathfrak{X} = AD \times (AL \div IA) : AL \times (IA \div AD) = AD \times LI : AL \times ID$.

2) Nam $BD : KC = 15 : 4$, et $KC = \frac{2}{3}CD \div \frac{1}{3}BC = \frac{2}{3}BC$ (p. 405 not. 3). itaque $BD : \frac{2}{3}BC = 15 : 4$, h. e. $BC : BD = 6 : 15 = 2 : 5 = EB : BA = DZ : DA$ (p. 405 not. 3) $= LI : LA$. nam $LA = 2DA$,

et $$LI = AL \div AI = 2(AD \div AZ) = 2DZ.$$

3) Nam $BD : BC = 5 : 2$ (not. 2); quare ἀναστρέψαντι $BD : DC = 5 : 3$ siue

$$DC : \tfrac{1}{2}BD = 6 : 5 = EZ : HT = AI : AD;$$

et διελόντι $DI : AD = 1 : 5$.

2. unamquanque] ? ab N] post lacunam Tartalea. 3. „*nxpno*" Tartalea. et a Q quae $QFYP$] om. Tartalea; corr. Comm. 10. harum] „habeant" Tartalea; corr. Comm. 11. sunt ipsae] om. Tartalea, lacuna relicta.

portio autem composita ex proportione, quam habent duo ad quinque, et ex proportione, quam habent quinque ad unum, est eadem cum proportione, quam habent duo ad unum. dupla ergo est quae *GO* ipsius *GX*. propter eadem autem et quae *PY* ipsius *YF*. quoniam igitur quae *DS* est hemiolia ipsius *KR*, palam, quod quae *BS* est excessus, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem.[1])

Pars I.

Si quidem igitur portio ad humidum in grauitate hanc habet proportionem, quam tetragonum quod a *BS* ad id, quod a *BD*, aut maiorem hac proportione, portio demissa in humidum ita, ut basis ipsius non tangat humidum, recta consistet. demonstratum est enim prius, quod si portio habens axem maiorem quam hemiolium eius, quae usque ad axem †minorem proportione, si ad humidum in grauitate non minorem proportionem habeat proportione, quam habet tetragonum quod ab excessu, quo axis est maior quam hemiolium eius, quae ad axem, ad tetragonum quod ab axe, demissa in humidum ita, ut dictum est, recta consistet [prop. 4].

---

1) $DS = \frac{3}{2} KR$; sed *KR* ea est, quae ad axem (p); quare $BS = BD \div DS = BD \div \frac{3}{2} p$.

---

3. „eandem" Tartalea, ut lin. 5. 9. Pars I] addidit Nizzius. 15. enim] „ei" Tartalea. 16. minorem proportione] om. Comm. 17. non] „*n*, *o*" Tartalea.

Pars II.

Si autem portio ad humidum in grauitate minorem quidem proportionem habeat proportione, quam habet tetragonum quod ab SB ad tetragonum quod a BD, maiorem autem proportionem, quam habet tetragonum quod ab $\mathfrak{X}O$ ad id, quod a BD, demissa in humidum inclinata ita, ut basis contingat humidum, consistet inclinata ita, ut basis ipsius nihil tangat superficiei humidi, et axis ipsius faciat ad superficiem humidi angulum maiorem angulo X.

Pars III.

1. Si autem portio ad humidum in grauitate hanc habet proportionem, quam habet tetragonum quod ab $\mathfrak{X}O$ ad id, quod a BD, demissa in humidum inclinata ita, ut basis ipsius non tangat humidum, consistet et manebit ita, ut basis ipsius secundum unum signum tangat superficiem humidi, et axis cum superficie humidi angulum faciat angulo X aequalem.

2. Si uero portio ad humidum in grauitate hanc proportionem habet, quam habet tetragonnm quod a PF ad tetragonum quod a BD, demissa in humidum et posita inclinata ita, ut basis ipsius non tangat humidum, consistet inclinata ita, ut basis ipsius secundum unum signum tangat superficiem humidi, et axis ipsius faciat angulum aequalem angulo Φ.

---

1. Pars II] addidit Comm., et sic etiam infra. 2. minorem] „maiorem“ Tartalea. 6. „*xt*“ et „*b*“ Tartalea. 10. X] „*m*“ Tartalea. 14. inclinata] u. infra p. 413 not. 2. 15. „tangunt“ Tartalea. 16. unum signum tangat superficiem humidi] „ampliorem locum humectetur ab humido“ Tartalea. 17. „et axis“ ad 18: „aequalem“ om. Tartalea; corr. Comm. 25. „ipsi“ Tartalea. Φ] „*x*“ Tartalea.

Pars IV.

Si portio ad humidum in grauitate maiorem quidem proportionem habeat, quam quadratum *FP* ad quadratum *BD*, minorem uero, quam quadratum *ΧO* ad *BD* quadratum, in humidum demissa et inclinata adeo, ut basis ipsius non contingat humidum, consistet et manebit ita, ut basis in humidum magis demergatur.[1])

Pars V.

Si autem portio ad humidum in grauitate habeat proportionem minorem proportione, quam habet tetragonum quod ab *FP* ad tetragonum quod a *BD*, dimissa in humidum et posita inclinata ita, ut basis ipsius non tangat humidum, consistet inclinata ita, ut axis quidem ipsius ad superficiem humidi faciat angulum minorem angulo *Φ*, basis autem ipsius nec secundum unum tangat superficiem humidi.

Demonstrabitur itaque haec deinceps.


Demonstratio partis II.

Habeat itaque primo portio ad humidum in grauitate proportionem quidem maiorem ea, quam habet tetragonum quod ab *ΧO* ad id, quod a *BD*, minorem autem ea, quam habet tetragonum quod ab excessu, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque

1) Tota pars IV lin. 1—8 a Tartalea omissa est (cfr. uestigium eius p. 408, 16 not.); suppleuit Comm.

16. *Φ*] „*x*" Tartalea. 19. Titulum hic et infra addidit Comm. 22. „minore" Tartalea.

ad axem, ad tetragonum quod a BD[1]), et supponatur ut prius disposita figura. quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc tetragonum quod a Ψ ad id, quod a BD. est autem quae Ψ maior quidem quam $\mathfrak{X}O$, minor autem excessu, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem. inaptetur autem quaedam intermedia conicarum sectionum $APOL$, $A\mathfrak{X}D$ quae MN aequalis ipsi Ψ[2]), et secet ipsa reliquam coni sectionem penes



H, ipsam autem RG rectam penes V. demonstrabitur autem quae MH dupla ipsius HN, sicut demonstra-

1) Nam $BS > O\mathfrak{X}$, quia $OG = 2G\mathfrak{X}$, $O\mathfrak{X} = \frac{2}{3}OG$; sed $BS = \frac{2}{3}BR$ et $BR > OG$.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 54 nr. 20.

2. ut] om. Tartalea. 3. hanc] „eam habeat" Comm. 4. Ψ] cum Comm.; „x" Tartalea; sic etiam infra. autem] δή? 5. „xp" Tartalea. 8. $A\mathfrak{X}D$] „azd" Tartalea. MN] „uo" Tartalea. 10. H] om. Tartalea (lacuna). „ipsa" Tartalea. „rs" et „b" Tartalea. 11. autem] δή? MH] „ou" Tartalea. dupla] om. Tartalea. „an" Tartalea.

tum est quae *OG* ipsius $G\mathfrak{X}$ dupla [p. 407, 4]. ab *M* autem ducatur quae *MY* contingens sectionem *APOL*, quae autem *MC* perpendicularis super *BD*. et ab *A* ad *N* copuletur. erunt autem quae *AN*, *QN* aequales inuicem. quoniam enim in similibus sectionibus *APOL*, $A\mathfrak{X}D$ productae sunt a basibus ad sectiones quae *AN*, *AQ* aequales angulos facientes ad bases, eandem proportionem habebunt quae *QA*, *AN* cum ipsis *LA*, *AD*[1]) propter secundam figuram praescriptarum. aequalis ergo quae *AN* ipsi *QN*, et aequedistans ipsi *MY*.[2]) demonstrandum, quod demissa in humidum ita, ut basis ipsius non secundum unum tangit † axis ad superficiem humidi angulum acutum faciat maiorem angulo *X* [u. figura p. 404]. dimittatur enim, et consistat ita, ut basis ipsius tangat secundum unum signum superficiem humidi. secta autem portione per axem plano recto ad superficiem humidi superficiei quidem portionis sectio sit quae *APOL* rectanguli coni sectio [*περὶ κων.* 11], superficiei autem

1) Ducatur in figura p. 404 linea $A\mathfrak{X}Q$; erit (*τετρ. παραβ.* 5) $LN : NA = NO : Oc$ et *συνθέντι* $LA : NA = Nc : Oc$; similiter erit $DA : NA = Nc : \mathfrak{X}c$; unde $LA : AD = \mathfrak{X}c : Oc$; sed eodem modo est $Q\mathfrak{X} : \mathfrak{X}A = \mathfrak{X}O : Oc$, siue


$$QA : \mathfrak{X}A = \mathfrak{X}c : Oc,$$

h. e. in nostra fig. $LA : AD = QA : NA$.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 52 nr. 14.

1. „*ps*“ et „*sx*“ Tartalea. 2. *M*] „*o*“ Tartalea. *MY*] „*os*“ Tartalea, ut lin. 11. 3. *APOL*] sc. in *M*. *MC*] „*oc*“ Tartalea. 4. *QN*] „*qu*“ Tartalea. 5. sectionibus] Nizze; „portionibus“ Tartalea; sic etiam lin. 7. 6. „producto“ Tartalea. a basibus] „ab axibus“ Tartalea. 13. Ante „axis“ lacunam Tartalea. 14. angulo *X*] „excessu“ ante lacunam Tartalea. 17. „recta“ Tartalea. 18. „sitque“ Tartalea.

humidi quae OA, axis autem portionis et diameter sectionis quae BD, et secetur quae BD penes K, R, ut dictum est [p. 404, 7 sq.]. ducatur autem et quae



quidem PG aequedistanter ipsi AO recta† et contingat sectionem $APOL$ secundum P, quae autem PT aequedistanter ipsi BD, quae autem PS perpendicularis super BD. quoniam igitur portio ad humidum in grauitate proportionem habet, quam tetragonum quod a Ψ ad id, quod a BD, quam autem proportionem habet portio ad humidum, hanc habet demersa ipsius portio ad totam [prop. 1], quam autem demersa ad totam, tetragonum quod a TP ad id, quod a DB [περὶ κων. 24], erit quae Ψ ipsi TP aequalis; et quae NM ergo ipsi TP aequalis est. quare et portiones AMQ, APO inuicem sunt aequales [περὶ κων. 20]. quoniam autem in portionibus aequalibus et similibus $APOL$, $AMQL$ ab extremitatibus basium productae sunt quae OA, AQ, et portiones ablatae faciunt ad diametros angulos aequales propter tertiam figuram praescriptarum[1]), quare anguli qui apud Y, G sunt aequales; et

1) Quae sit haec figura, nescio. res ipsa satis inde ad-

1. portionis] scripsi; „sectionis“ Tartalea. 2. sectionis] om. Tartalea. secetur quae] „secetque“ Tartalea. 5. recta] om. Comm. et] om. Tartalea. „contingent“ Tartalea. 18. *NM*] „*no*“ Tartalea; et fortasse in figura p. 410 litterae *M*, *O* permutandae erant; Tartaleae figura corrupta est. 19—20. „*apq*, *apf*“ Tartalea. 22. *AMQL*] „*ablk*“ Tartalea. 23. *OA*] „*ra*“ Tartalea.

quae YB, GB ergo aequales sunt. quare et quae SR, CR, et quae PZ, MV, et quae ZT, VN. quoniam minor quam dupla quae MV ipsius VN[1]), palam, quod quae PZ ipsius ZT est minor quam dupla. sit igitur quae $P\Omega$ ipsius ΩT dupla, et copulata quae $K\Omega$ educatur ad E. totius quidem igitur centrum grauitatis erit K, eius autem portionis, quae inter humidum, centrum Ω [p. 380 not. 1], eius autem, quae extra, in linea KE, et sit E [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. quae autem KZ perpendicularis erit super superficiem humidi [p. 382 not. 3]; quare et quae per signa E, Ω aequedistanter ipsi KZ. non ergo manet portio, sed inreclinabitur, ut basis ipsius nec secundum unum tangat superficiem humidi, quoniam nunc secundum unum tacta ipsa † reclinatur. manifestum ergo, quod portio consistet ita, ut axis ad superficiem humidi faciat angulum maiorem angulo X.

Demonstratio partis III.[2])

1. Habeat autem portio ad humidum in grauitate proportionem, quam habet tetragonum quod ab $\mathfrak{X}O$ ad id, quod a BD, et dimittatur in humidum ita in-


paret, quod segmenta a portionibus aequalibus et similibus similiter abscisa sunt (nam AO, AQ ab eodem puncto ductae sunt et aequalia segmenta abscindunt). tum reliqua per se intelleguntur.

1) Nam $MH = 2HN$; u. p. 407, 4.

2) Figura 2 huius partis apud Tartaleam in demonstratione

2. MV] „*ou*“ Tartalea. VN] „*skn*“ Tartalea. 3. „minorem“ Tartalea. MV] „*o*“ Tartalea. VN] „*sau*“ Tartalea. 15. ipsa reclinatur] „sursum fertur a parte A“ Comm. 17. X] cum Comm.; „*y*“ Tartalea. 21. inclinata] sc. ut basis eius non contingat humidum, quod addidit Comm.


clinata. secta autem ipsa per axem plano recto ad superficiem humidi, solidi quidem sectio sit quae *APOL* rectanguli coni sectio, superficiei autem humidi quae *OI*, axis autem portionis et diameter sectionis quae *BD*, et secetur quae *BD* ut prius [p. 404, 7 sq.],



ét ducatur quae quidem *PN* aequedistanter ipsi *IO*

---

partis II posita est (figura 3 omissa est). sed praeterea huc pertinent duae figurae, quae ad partem III (p. 408) positae sunt, quarum altera similis est figurae p. 404, alteram hic adposui. infra hanc apud Tartaleam legitur: „diuersimode figuratur“ et tum inter „inclinata“ et „ita“ p. 408, 14 haec leguntur ad figuram pertinentia: „*hz* uult diuidi in quinque aequalia, media quinta pars sit *t*, *k*, *t*, *i*. *mn* uult esse aequalis *on* et *nx*.“



---


2. *APOL*] in fig. 2; „*APML*“ Comm., qui in fig. 2 *M* pro *O* posuit; cum figura Tartaleae hoc loco satis perspicua sit, eum secutus sum. 4. diameter] „diametris“ Tartalea.

contingens sectionem secundum P, quae autem PT aequedistanter ipsi BD, quae autem PS perpendicularis super BD. demonstrandum, quod portio non manet inclinata sic, sed inclinatur, donec utique basis secundum unum signum tangat superficiem humidi. praeiaceant autem et quae in superiori figura prius disposita sunt [p. 410], et quae CO perpendicularis ducatur super BD, et quae $A\mathfrak{X}$, copulata educatur ad Q. erit autem $A\mathfrak{X}$ ipsi $\mathfrak{X}Q$ aequalis [p. 411 not. 1]; et ducatur ipsi AQ quae OX aequedistans. et quoniam supponitur portio ad humidum in grauitate hanc habere proportionem, quam habet tetragonum quod ab $\mathfrak{X}O$ ad id, quod a BD, habet autem hanc proportionem et demersa portio ad totam [prop. 1], hoc est quod a TP ad id, quod a BD [περὶ κων. 24], aequalis utique erit quae PT ipsi $\mathfrak{X}O$. et quoniam portionum IBO, ABQ axes sunt aequales, aequales et portiones [περὶ κων. 24]. rursum quoniam in portionibus aequalibus et similibus $APOL$, $AOQL$ productae sunt AQ, IO aequales portiones auferentes, hoc quidem ab extremitate basis, hoc autem non ab extremitate, palam, quod minorem facit acutum angulum ad axem totius portionis, quae ab extremitate basis producta est.[1]) et quoniam angulus qui apud

1) Nam ducatur AA_1; cum sectiones aequales sint, etiam axes aequales erunt; itaque et AA_1 et IO per T cadet; iam adparet $\angle ATP > ITP$; sed $ATP = A\mathfrak{X}O$ (p. 412 not. 1).

10. OX] „oy“ Tartalea. 13. $\mathfrak{X}O$] „xa“ Tartalea. 17. axes] Nizzius; „diametri“ Tartalea, Comm.; sic etiam lin. 23; sed fort. potius scrib. „sectionum“ pro „portionum“. 18. aequales] alterum om. Tartalea.

X est minor quam qui apud N, maior est quae BC quam BS, quae autem CR minor quam RS.[1]) quare et quae OG minor quam PZ. † maior est quam dupla. et quoniam quae OG dupla est ipsius $G\mathfrak{X}$[2]), palam, quod quae PZ maior est quam dupla ipsius ZT. sit igitur quae PH dupla ipsius HT, et copuletur quae HK et educatur ad Ω. erit autem totius quidem portionis centrum grauitatis K, eius autem, quae intra humidum, H [p. 380 not. 1], eius autem, quae extra, in linea $K\Omega$, et sit Ω [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. demonstrabitur autem similiter [p. 382 not. 3] quae KZ perpendicularis super superficiem humidi, et quae per signa H, Ω aequedistanter ipsi KZ. manifestum igitur, quod non manebit portio, sed inclinabitur, donec utique basis ipsius secundum unum signum tangat superficiem




1) Nam $BC = BX$ et $BS = BN$ (τετραγ. παραβ. 2); si $\angle X = N$, erit $BX = BN$ (p. 412, 25); et quo minor est $\angle X$, eo maior erit BX; itaque si $X < N$, erit $BX > BN$ siue $BC > BS$. et $CR = BR \div BC$, $RS = BR \div BS$.

2) U. p. 411, 1.

1. X] „y“ Tartalea. quam] om. Tartalea. N] „h“ Tartalea. 2. CR] „er“ Tartalea. 3. OG] „oy“ Tartalea, ut lin. 5. PZ] „pn“ Tartalea. 4. maior est quam dupla] „et $G\mathfrak{X}$ maior quam ZT“ Comm.; ante „maior“ apud Tartaleam lacuna est. 6. $G\mathfrak{X}$] „$s\omega$“ Tartalea. 7. „pa“ et lin. 8 „at“ Tartalea. 8. „ipsis“ Tartalea. 12. autem] δή? 16. $K\Omega$] h. e. HK producta.

humidi, sicut demonstrabitur in tertia figura, quomodo se habet in tertio theoremate, et manebit portio ita consistens. in portionibus enim aequalibus $APOL$, $AOQL$ productae erunt ab extremitatibus basium quae AQ, AO aequales auferentes. demonstrabitur enim APQ aequalis ipsi APO similiter prioribus [p. 412, 19 sq.]. aequales igitur facient acutos angulos quae AO, AQ ad axes portionum [p. 412 not. 1]. quoniam aequales sunt qui apud N, X anguli † et ZT. copulata autem ipsa HK et educta ad Ω erit totius quidem portionis centrum grauitatis K, eius autem quae intra humidum H [p. 380 not. 1], eius autem, quae extra, in linea $K\Omega$, et sit Ω [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. et quae KH perpendicularis est super superficiem humidi [p. 382 not. 3]. secundum easdem igitur rectas quod quidem in humido sursum feretur, et quod extra humidum deorsum feretur. manebit autem portio, et basis et † magnitudo et secundum unum signum tanget superficiem humidi, et axis portionis ad superficiem humidi faciet angulum aequalem praescripto.



2. in tertio theoremate]? immo in demonstratione partis II. 3. enim] „h“ Tartalea, ut etiam lin. 5. 4. „erit“ Tartalea. 8. axes] Nizze; „diametros“ Tartalea; cfr. p. 415, 17 not. 9. et ZT] lacuna aperta est, quae ex p. 413, 1 sq. supplenda est. 10. „ipsi *zk*“ Tartalea. 11. quae] „quidem“ Tartalea. 23. autem] δή? „cuius basis humidi superficiem in uno puncto continget“ Comm.

2. similiter autem demonstrabitur, et si portio ad humidum in grauitate habeat proportionem eandem, quam tetragonum quod ab FP ad id, quod a BD, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius non tangat superficiem humidi, consistet inclinata ita, ut basis ipsius secundum unum signum tangat superficiem humidi, et axis ipsius ad superficiem humidi faciat angulum aequalem angulo, qui apud Φ [u. fig. p. 414].


Demonstratio partis IV.

Sit autem rursum portio ad humidum in grauitate habens quidem proportionem maiorem illa, quam habet tetragonum quod a FP ad id, quod a BD, minorem autem proportionem, quam habet tetragonum quod ab $\mathfrak{X}O$ ad id, quod a BD.[1]) quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habeat tetragonum quod a Ψ ad id, quod a BD, palam igitur, quod quae Ψ est quidem maior quam FP, minor autem quam $\mathfrak{X}O$. inaptetur autem intermedia sectionum $APOL$, $A\mathfrak{X}D$ aequalis ipsi Ψ, aequedistans autem ipsi BD quae VI secans sectionem intermediam coni penes Y. rursum autem quae VY

1) Hoc fieri potest, quia $FP < \mathfrak{X}O$, (u. fig. p. 404). nam $PY = 2YF$ (p. 407, 5), h. e. $PF = \frac{3}{2}PY$; et $O\mathfrak{X} = \frac{3}{2}GO$ (p. 407, 4); sed $GO > PY$.

3. ab FP] „hp“ Tartalea. 8. „quae“ Tartalea. Φ] „f“ Tartalea. 12. FP] „zp“ Tartalea. minorem] „maiorem“ Tartalea. 16. „habet“ Tartalea. Ψ] hic et infra cum Comm.; „x“ Tartalea. 17. quod] om. Tartalea. Ψ] „xo“ Tartalea. 18. „zp“ et „xt“ Tartalea. „intermedio“ Tartalea. 19. „portionum“ Tartalea; corr. Nizzius. $A\mathfrak{X}D$] „ad“ Tartalea. 20. VI] „fi“ Tartalea, qui etiam infra semper pro V habet „f“.

dupla ipsius *YI* demonstrabitur, sicut quae *OG* ipsius *G𝔛*, ut et prius demonstratum est [p. 407, 4]. ducatur autem ab *V* sectionem *APOL* contingens quae




VΩ. similiter autem prioribus demonstrabitur quae quidem *AI* ipsi *QI* aequalis [p. 411 not. 1], quae autem *AQ* ipsi *VΩ* aequedistans [p. 411 not. 2]. demonstrandum autem, quod portio demissa in humidum ita, ut basis ipsius non tangat humidum, et posita inclinata, ita inclinabitur, ut basis ipsius secundum ampliorem locum humectetur ab humido. demittatur enim in humidum, ut dictum est, et iaceat primo sic inclinata, ut basis ipsius neque secundum unum tangat superficiem humidi. secta autem ipsa per axem plano recto ad superficiem humidi in superficie quidem portionis sit sectio quae *ABG*, in superficie autem humidi quae *EZ*, axis autem portionis et diameter sec-

---


1. *OG* ipsius *G𝔛*] „*t* (lacun.) ipsi *xy*“ Tartalea. 11. enim] „*h*“ Tartalea. 16. „sectionis“ et „portionis“ permutauit Tartalea. „dynametrum“ Tartalea.

tionis sit quae *BD*, et secetur quae *BD* penes signum *K*, *R* similiter prioribus [p. 404, 7 sq.]. ducatur autem et quae quidem *HL* aequedistanter ipsi *EZ* contingens sectionem *ABG* penes *H*, quae autem *HT* aequedistanter ipsi *BD*, quae autem *HS* perpendicularis super *BD*. quoniam portio ad humidum in grauitate proportionem habet, quam tetragonum quod a Ψ ad id, quod a *BD*, palam, quod quae Ψ est aequalis ipsi *HT*; demonstrabitur enim similiter prioribus [per prop. 1; cfr. p. 412, 15 sq.]. quare et quae *HT* et aequalis ipsi *VI*. et portiones ergo *AVQ*, *EBZ* sunt aequales inuicem. quoniam in aequalibus et similibus portionibus *APOL*, *ABG* sunt productae quae *AQ*, *EZ* aequales portiones auferentes, et hoc quidem ab extremitate basis, hoc autem non ab extremitate, minorem faciet acutum angulum ad axem portionis, quae ab extremitate basis producta est [p. 415 not. 1]. et quoniam trigoni *HLS* angulus est maior angulo Ω, palam, quod minor est quae *BS* quam *BC*, quae autem *SR* maior quam *RC* [p. 416 not. 1], et quae *HX* maior quam *VH*, quae autem *XT* minor est quam *HI*. et quoniam dupla est quae *VY* ipsius *YI*, pa-



12. enim] „*h*“ Tartalea. 20. axem] Nizzius; „diametrum“ Tartalea. 22. *HLS*] „*hle*“ Tartalea. 23. palam] post lacunam Tartalea. 24. *HX*] „*hl*“ Tartalea. 25. autem] lacunam Tartalea. *XT*] „*at*“ Tartalea, ut p. 421 lin. 1.

lam, quod quae *HX* est maior quam dupla ipsius *XT*.[1]) sit igitur quae *HM* dupla ipsius *MT*. palam autem ex hiis, quod non manebit portio, sed inclinabitur, donec utique basis ipsius tangat secundum unum signum superficiem humidi [cfr. p. 416, 19 seq.]. tangat autem secundum unum signum, ut in tertia figura scriptum est, et alia eadem disponantur. demonstrabitur autem rursum quae *TM*[2]) aequalis existens ipsi *VI*, et portiones *AVQ*, *ABZ* aequales inuicem, et quoniam in portionibus aequalibus et similibus *APOL*, *ABG*[2]) sunt productae quae *AQ*, *AZ* aequales portiones auferentes, aequales faciunt angulos ad axes portionum [p. 412 not. 1]. triangulorum igitur *VCΩ*, *MSL* qui apud signa *L*[2]), *Ω* anguli sunt aequales, et quae *BS* recta[2]) ipsi *BC* aequalis, et quae *SR*[2]) ipsi *RC*, et quae *MX*[2]) ipsi *VH*, et quae *XT*[2]) ipsi *HI* [cfr. p. 413, 1 sq.]. et quoniam dupla est quae *VY* ipsius *YI*, manifestum, quod quae *MX*[2]) est maior



1) Nam cum $VY = 2\,YI$, erit $VH > 2HI$, et $HX > VH$, $HI > XT$.

2) In fig. 3.

1. *HX*] „*ha*“ Tartalea. 2. „*hl*“ et „*lt*“ Tartalea. 8. „aequales“ Tartalea. 12. axes] Nizzius; „dyametros“ Tartalea. 14. triangulorum] Comm.; om. Tartalea. „*ahbzafq*“ Tartalea (retulit ad „portionum“). 19. *MX*] „*ha*“ Tartalea, ut lin. 23. 20. *XT*] „*at*“ Tartalea, ut p. 422 lin. 1. 22. „*fx* ipsi“ Tartalea.

quam dupla ipsius XT.[1]) sit igitur quae MN[2]) ipsius NT[2]) dupla. rursum autem ex hiis palam, quod non manet portio, sed inclinabitur ex parte A [cfr. p. 413, 5 sq.]. quoniam supponebatur portio secundum unum signum tangere humidum, palam, quod secundum ampliorem locum basis ab humido comprehendetur.


Demonstratio partis V.

Habeat etiam rursum portio ad humidum in grauitate proportionem minorem ea, quam habet tetragonum quod ab FP ad id, quod a BD. quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habeat tetragonum quod a Ψ ad tetragonum quod a BD. minor autem est quae Ψ quam FP. rursum igitur inaptetur quaedam intermedia portionum $A\mathfrak{X}D$, $APOL$ quae VI aequedistanter ipsi BD producta aequalis ipsi Ψ [p. 410 not. 2]. secet autem ipsa intermediam coni sectionem penes Y, ipsam autem XR rectam penes H. demonstrabitur autem quae VY dupla ipsius YI, sicut demonstrata est quae GO ipsius $G\mathfrak{X}$ [p. 407, 4]. ducatur autem et quae quidem $V\Omega$ contingens sectionem $APOL$ secundum V, quae autem VC perpendicularis super BD, et AI co-

1) Nam $VH > 2HI$, et $MX = VH$, $XT = HI$.
2) In fig. 3.

1. „*ha* ipsi *lt*“ Tartalea. 10. FP] „*no*“ Tartalea. 12. Ψ] „*x*“ Tartalea (sic etiam infra). ad tetragonum quod a BD] om. Tartalea. 13. „minorem“ Tartalea. autem] δή? FP] „*on*“ Tartalea. 15. „*amd*“ Tartalea. VI] „*pi*“ Tartalea (et per totam hanc partem P pro V). 17. „intermedia coni sectione“ Tartalea. 18. XR] „*xr*“ Tartalea. 20. $G\mathfrak{X}$] „*gh*“ Tartalea. 22. VC] „*pe*“ Tartalea.


pulata ducatur ad Q. erit autem quae AI ipsi IQ aequalis, et quae AQ ipsi $V\Omega$ aequedistans [p. 411



not. 1—2]. demonstrandum est autem, quod portio demissa in humidum posita inclinata ita, ut basis ipsius non tangat humidum inclinata consistet ita, ut axis ipsius ad superficiem humidi faciat angulum minorem angulo Φ [u. fig. p. 404], basis autem ipsius nec secundum unum tangat superficiem humidi. demittatur enim in humidum et consistat ita, ut basis ipsius secundum unum signum tangat superficiem humidi. secta autem portione per axem plano recto ad superficiem humidi sectio sit superficiei quidem portionis quae $AHBL$ rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], superficiei autem humidi quae AZ, axis autem portionis et diameter

4. „ipsis“ Tartalea. 8. enim] „h“ Tartalea. 14. „portioni“ Tartalea.

sectionis quae *BD*, et secetur quae *BD* penes signa *K*, *R* consimiliter superioribus [p. 404, 7]. ducatur autem et quae *HI* aequedistanter ipsi *AZ* contingens sectionem coni penes *H*, quae autem *HT* aequedistanter ipsi *BD*, quae autem *HS* perpendicularis super *BD*. quoniam igitur portio ad humidum in grauitate



hanc habet proportionem, quam tetragonum a Ψ ad id, quod a *BD*, quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habet tetragonum quod ab *HT* ad id, quod a *BD* propter eadem prioribus [prop. 1; cfr. p. 412, 18], palam, quod quae *HT* est aequalis ipsi Ψ. quare et portiones *AHZ*, *APQ* sunt aequales [περὶ κων. 24]. et quoniam in portionibus aequalibus et similibus *APOL*, *AHL* ab extremitatibus basium sunt productae quae *AQ*, *AZ* aequales portiones auferentes, palam, quod aequales


4. *HT*] „habet" Tartalea, ut lin. 11. 5. „quam" Tartalea. 8. portio] „proportio" Tartalea. 10. „eandem" Tartalea. 12. *AHZ*] „*amz*" Tartalea. 14. *AHL*] „*akhlk*" Tartalea.

faciunt angulos ad axes portionum [p. 412 not. 1]. adhuc autem et trigonorum *HIS*, *VΩC* aequales sunt anguli, qui apud *I*, *Ω*. erunt et *SB*, *CB* aequales. quare et quae *SR*, *CR* aequales, et quae *HX*, *VH*, et quae *XT*, *HI* [cfr. p. 413, 1 sq.]. et quoniam est dupla quae *YV* ipsius *YI*, manifestum, quod minor est quam dupla quae *HX* ipsius *XT*.[1]) sit igitur *HY* dupla ipsius *YT*, et copulata protrahatur quae *YKC*. sunt autem centra grauitatum totius quidem *K*, eius autem, quod intra humidum, *Y* [p. 380 not. 1], eius autem, quod extra, in linea *KC*, et sit *C* [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. erit autem propter praecedens theorema hoc manifestum, quod non manet portio, sed inclinabitur ita, ut basis ipsius nec secundum unum tangat superficiem humidi [cfr. p. 413, 9 sq.]. quod autem consistet ita, ut axis ipsius ad superficiem humidi faciat angulum minorem angulo *Φ*, demonstrabitur. consistat enim, si possibile est, ita, ut faciat angulum non minorem angulo *Φ*, et alia disponantur eadem hiis, quae in tertia figura. similiter autem demonstrabitur quae *TM* aequalis ipsi *Ψ* [cfr. p. 412, 18 sq.], quare et ipsi *TH*. et quoniam *L* non minor est quam

1) Nam $VH < 2HT$, et $HX = VH$, $XT = HI$.

1. angulos] om. Tartalea. axes] Nizzius; „dyametros" Tartalea. 2. „***hlspwe***" Tartalea. 3. *I*] „*l*" Tartalea. „***eb***" et lin. 4: „***er***" Tartalea, et fort. in fig. p. 423 pro *C* ponendum *E*. 4. *HX*] „***ha***" Tartalea, ut lin. 7. 5. *XT*] „***at***" Tartalea, ut lin. 7. 7. quam] „quae" Tartalea. 8. *HY*] „***ny***" Tartalea. 9. „***yht***" Tartalea. 17. *Φ*] „*f*" Tartalea, ut lin. 19. 18. enim] „*h*" Tartalea. 19. „eandem" Tartalea. 22. *TH*] „***ih***" Tartalea. *L*] „***hl***" Tartalea. non] om. Tartalea.

Φ, non ergo maior est BS quam BC_1, neque minor quae SR quam C_1R neque MX quam † OG, et quoniam quae IH est hemiolia ipsius PY, minor autem quae PY quam GO, et quae quidem habet aequalis



ipsi PC est, quae autem HA non est minor quam OG, maior ergo quae AH quam PY.[1]) quae ergo MX est maior quam dupla ipsius TX. sit autem MY dupla ipsius YT, et copulata quae YK educatur. palam autem similiter prioribus [p. 413, 6 sq.], quod non manet portio, sed uoluetur ita, ut axis ipsius ad superficiem humidi faciat angulum minorem angulo Φ.

---

1) Locus corruptissimus inde ab lin. 2. res satis patet ex figura p. 428. nam $PF = \frac{3}{2} Py$; $Py = RC$, siue $MX \gtreqless Py$. et $PF > VI$, h. e. $PF > TM$. ergo $TM < \frac{3}{2} Py$, h. e. $TM < \frac{3}{2} MX$, siue $MX > 2\,TX$.

---


1. „f“ Tartalea, ut lin. 11. BS quam BC_1] lacunam Tartalea. minor] om. Tartalea. 2. C_1R] „sr“ Tartalea. 7. „ha“ et „ta“ Tartalea. 8. MY] „hy“ Tartalea.

LEMMATA.

Liber Assumptorum.

I.

Si mutuo se tangant duo circuli, ut duo circuli *AEB*, *CED* in *E*, fuerintque eorum diametri parallelae, ut sunt duae diametri *AB*, *CD*, et iungantur duo puncta *B*, *D* et contactus *E* [lineis] *DE*, *BD*, erit linea *BE* recta.



sint duo centra *G*, *F*, et iungatur *GF*, et producamus ad *E* [Eucl. III, 12], et educamus *DH* parallelam ipsi *GF*. et quia *HF* aequalis est ipsi *GD*, suntque *GD*, *EG* aequales, ergo ex aequalibus *FB*, *FE* remanebunt *GF*, nempe *DH*,

---

Hunc libellum primus edidit S. Foster: Miscellanea (Lond. 1659) ex interpretatione I. Grauii, qui usus erat codice Arabico; neque enim Graecus exstat. deinde eum e codice Mediceo denuo Latine uertit Abrahamus Ecchellensis, quam interpretationem cum Apollonii libb. V—VII edidit I. A. Borellus (Florentiae 1661). Arabice exstat in tribus codd. Mediceis, sed cum cod. CCLXXV (u. Catalog. codd. oriental. bibl. Medic. Laur. ed. S. E. Assemanus, Florent. 1742 p. 385) solus nostrum libellum et Apollonii libb. V—VII continet, sine dubio hoc ipso codice usus est Borellus (cfr. praeterea Assemanus p. 383 nr. CCLXXI et p. 392 nr. CCLXXXVI). recepi interpretationem Borelli. apud eum titulus hic est: liber assumptorum Archimedis interprete Thebit ben Kora et exponente Doctore Almochtasso

et *HB*, quae erunt aequales, atque duo anguli *HDB*, *HBD* aequales. et quia duo anguli *EGD*, *EFB* sunt recti, atque duo anguli *EGD*, *DHB* sunt aequales, remanebunt duo anguli *GED*, *GDE*, qui inter se et duobus angulis *HDB*, *HBD* aequales erunt. ergo angulus *EDG* aequalis est angulo *DBF*, et com-

---


Abilhasan Hali ben Ahmad Nosuensi. propositiones sexdecim („quindecim" Foster, ut re uera sunt; Borellus male adiecit fragmentum Archimedis apud Eutocium seruatum). Thebit ben Kora hanc praefationem praemisit (Borellus p. 385): „Asserit Doctor Almochtasso hunc librum referri ad Archimedem, in quo sunt propositiones pulcherrimae paucae numero, utilitatis uero maximae de principiis geometriae, optimae atque elegantissimae, quas adnumerant professores huius scientiae summae intermediorum, quae legi oportet inter librum Euclidis et Almagestum; at uero quaedam illius propositionum loca indigent aliis propositionibus, quibus propositiones illae clariores euadant. et quidem ipse Archimedes has indicauit propositiones easque retulit in aliis suis operibus, dum dixit: quemadmodum demonstrauimus in propositionibus rectangulorum; item et: quemadmodum demonstrauimus in nostra expositione agentes de triangulis; rursus: quemadmodum demonstrauimus in propositionibus quadrilaterum; et retulit in propositione quinta demonstrationem hac de re magis peculiarem. deinde composuit Abusahal Alkuhi librum, quem inscripsit: ordinationem libri Archimedis de assumptis, et tractauit demonstrationem huius propositionis via universaliori ac meliori, nec non ea quae dependent ex compositione proportionis. quod quidem, cum id comperi, attexui locis obscurioribus huius libri expositionem seu marginales postillas et confirmaui, quod ille indicauerat, propositionibus, uti iudicaueram, et retuli ex propositionibus Abihasal duas propositiones, quibus opus est ad propositionem quintam declarandam, reliqua omittens breuitatis gratia, et eo quod non sint necessariae." cfr. Wenrich: de auct. Graec. vers. Arab. p. 192 sq. ex his Arabum commentariis usus sum, quae mihi utilia uisa sunt, ceteris abiectis. — Sicut dubitari nequit, librum ipsum, qualem nunc habeamus, ab Archimede profectum non esse, ita ueri simile est, aliquas tamen proportionum eius, quae fere satis scite et inuentae et demonstratae sunt, re uera, ut prae se ferunt, Archimedeas esse, sed quantum ei tribuendum sit, nondum satis exploratum est. cfr. Quaest. Arch. p. 24—25.]

prehensus angulus *GDB* est communis. ergo erunt duo anguli *GDB*, *FBD* (qui sunt pares duobus rectis) [Eucl. I, 29] aequales duobus angulis *GDB*, *GDE*. igitur ipsi quoque sunt aequales duobus rectis. ergo linea *EDB* est recta, et hoc est, quod uoluimus.[1])

II.

Sit *CBA* semicirculus, quem *DC*, *DB* tangant, et *BE* perpendicularis super *AC*, et iungamus *AD*; erit *BF* aequalis ipsi *FE*.

Demonstratio. iungamus *AB* eamque producamus in directum, et educamus *CD*, quousque illi occurrat in *G*, et iungamus *CB*. et quia angulus *CBA* est in semicirculo, erit rectus [Eucl. III, 31]. remanet *CBG* rectus, et *DBEC* est parallelogrammum rectangulum.[2]) ergo in triangulo *GBC* rectangulo educitur perpendicularis



BD ex *B* erecta super basim, et *BD*, *DC* erunt aequales eo, quod tangunt circulum [Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 181 nr. 15]. ergo *CD* est etiam aequalis ipsi *DG*, quemadmodum ostendimus in pro-

---

1) Utitur hac propositione Pappus IV, 23 p. 214, 5. idem fit, ut recte adnotauit Almochtasso, si circuli sese extrinsecus contingunt; demonstrat Pappus VII, 175 p. 840.


2) Error apertissimus est. neque enim necesse est, lineas *BD*, *DC* inter se perpendiculares esse, neque esse $BD \mp AC$ et $DC \mp BE$. propositio tamen ipsa per se uera est; demonstrat Torellius p. 355. errorem iam Foster notauit p. 18; contra Arabes fugit.

positionibus, quas confecimus de rectangulis.[1]) et quia in triangulo GAC linea BE educta est parallela basi, et iam educta est ex D semipartitione basis linea DA secans parallelam in F, erit BF aequalis ipsi FE [ib. p. 178 nr. 3], et hoc est, quod uoluimus.

III.

Sit CA segmentum circuli, et B punctum super illud ubicunque, et BD perpendicularis super AC, et segmentum DE aequale DA, et arcus BF aequalis arcui BA, utique iuncta CF erit aequalis ipsi CE.[2])

Demonstratio. iungamus lineas AB, BF, FE, EB.



et quia arcus BA aequalis est arcui BF, erit AB aequalis BF. et quia AD aequalis est ED, et duo anguli D sunt recti, et DB communis, ergo AB aequalis est BE [Eucl. I, 4], et propterea BF, BE sunt aequales, et duo anguli BFE, BEF sunt aequales. et quia quadrilaterum $CFBA$ est in circulo, erit angulus CFB cum angulo CAB ipsi opposito, immo cum angulo BEA, aequalis duobus rectis [Eucl. III, 22]. sed angulus CEB cum angulo BEA aequales sunt duobus rectis. ergo duo anguli CFB, CEB

1) Talem librum Archimedes non scripsit. rem ipsam sic demonstrat Almochtasso: quia $BD = DC$, erit $\angle DCB = DBC$; sed $DBC + DBG = 90^0 = DCB + CGB$. itaque

$$DBG = CGB \text{ siue } BD = DG = DC.$$


2) Cfr. Ptolemaeus σύντ. I, 9 p. 31 ed. Halma. in figura codicis $ABFC$ semicirculus est, sed proportio de quauis arcu circuli uera est.

sunt aequales. et remanent *CFE*, *CEF* aequales. ergo *CE* aequalis est *CF*, et hoc est, quod uoluimus.

IV.

Sit *ABC* semicirculus, et fiant super *AC* diametrum duo semicirculi, quorum unus *AD*, alter uero *DC*, et *DB* perpendicularis, utique figura proueniens, quam uocat Archimedes Arbelon (est superficies comprehensa ab arcu semicirculi maioris et duabus circumferentiis semicirculorum minorum), est aequalis circulo, cuius diameter est perpendicularis *DB*.[1])

Demonstratio. quia linea *DB* media proportionalis est inter duas lineas *DA*, *DC* [Eucl. VI, 13; Zeitschrift f. Math., histor. Abth. XXIV p. 181 nr. 16], erit planum *AD* in *DC* aequale quadrato *DB* [Eucl. VI, 17]. et ponamus *AD* in *DC* cum duobus quadratis *AD*, *DC* communiter; fiet planum *AD* in *DC* bis cum duobus quadratis *AD*, *DC*, nempe quadratum *AC* [Eucl. II, 4], aequale duplo quadrati *DB* cum duobus quadratis *AD*, *DC*. et proportio circulorum eadem est ac proportio quadratorum [Eucl. XII, 2]. ergo circulus, cuius diameter est *AC*, aequalis est duplo circuli, cuius diameter est *DB*, cum duobus circulis, quorum dia-




1) Has propositiones de arbelo (4, 5, 6 et 1) non dubito Archimedi tribuere. proprietates arbeli antiquitus tractatas esse, testatur Pappus IV, 19 p. 208, 9: ἀρχαία πρότασις. nomen accepit ex similitudine cultelli sutorii (schol. ad Nicandri Theriac. 423).

metri sunt AD, DC [Quaest. Arch. p. 48], et semicirculus AC aequalis est circulo, cuius diameter est DB, cum duobus semicirculis AD, DC. et auferamus duos semicirculos AD, DC communiter; remanet figura, quam continent semicirculi AC, AD, DC (et est figura, quam uocauit Archimedes Arbelon) aequalis circulo, cuius diameter est DB; et hoc est, quod uoluimus.

V.

Si fuerit semicirculus AB, et signatum fuerit in eius diametro punctum C ubicunque, et fiant super diametrum duo semicirculi AC, CB, et educatur ex C perpendicularis CD super AB, et describantur ad utrasque partes duo circuli tangentes illam et tangentes semicirculos, utique illi duo circuli sunt aequales.

Demonstratio. sit alter circulorum tangens DC in E et semicirculum AB in F et semicirculum AC in G.



et educamus diametrum HE; erit parallela diametro AB eo, quod duo anguli HEC, ACE sunt recti [Eucl. I, 28]. et iungamus FH, HA. ergo linea AF est recta, uti dictum est in propositione I. et occur-

rent *AF*, *CE* in *D* eo, quod egrediuntur ab angulis *A*, *C* minoribus duobus rectis [Eucl. I αἰτ. 5]. et iungamus etiam *FE*, *EB*; ergo *EFB* est etiam recta, uti diximus [prop. 1], et est perpendicularis super *AD* eo, quod angulus *AFB* est rectus, quia cadit in semicirculum *AB* [Eucl. III, 31]. et iungamus *HG*, *GC*; erit *HC* etiam recta. et iungamus *EG*, *GA*; erit *EA* recta [u. p. 430 not. 1]; et producamus eam ad *I* et iungamus *BI*, quae sit etiam perpendicularis super *AI* [Eucl. III, 31]. et iungamus *DI*. et quia *AD*, *AB* sunt duae rectae, et educta ex *D* ad lineam *AB* perpendicularis *DC* et ex *B* ad *DA* perpendicularis *BF*, quae se mutuo secant in *E*, et educta *AE* ad *I* est perpendicularis super *BI*, erunt *BID* rectae, quemadmodum ostendimus in propositionibus, quas confecimus in expositione tractatus de triangulis rectangulis.[1]) et quia duo anguli *AGC*, *AIB* sunt recti, utique *BD*, *CG* sunt parallelae [Eucl. I, 28], et proportio *AD* ad *DH*, quae est ut *AC* ad *HE*[2]), est ut proportio *AB* ad *BC*.[3]) ergo rectangulum *AC* in *CB* aequale est rectangulo *AB* in *HE* [Eucl. VI, 16]. et similiter demonstratur in circulo *LMN*, quod rectangulum *AC*

---

1) Uidetur significari commentarium nescio cuius in Archimedis librum de triangulis rectangulis ab Arabibus solis commemoratum (Quaest. Arch. p. 30); idem fortasse significatur in prop. 2. demonstrationem dedit Almochtasso praemissa propositione notissima, altitudines trianguli acutianguli in eodem puncto concurrere. ne sit igitur *BID* recta; ducatur alia linea, quae *AI* in *m* secet; erit $\angle AmD = 90^0$; sed $\angle AID = 90^0$; itaque $AmD = AID$, quod fieri non potest; demonstrationem eandem de quouis triangulo ualere, ostendit Nizzius p. 257.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 178 nr. 4.


3) Ex Eucl. VI, 2 componendo.

in *CB* aequale sit rectangulo *AB* in suam diametrum, et demonstratur inde etiam, quod duae diametri circulorum *EFG*, *LMN* sint aequales. ergo illi duo circuli sunt aequales; et hoc est, quod uoluimus.[1])

VI.

Si fuerit semicirculus *ABC*, et in eius diametro sumatur punctum *D*, et fuerit *AD* ipsius *DC* sesquialtera, et describantur super *AD*, *DC* duo semicirculi, et ponatur circulus *EF* inter tres semicirculos tangens eos, et educatur diameter *EF* in illo parallela diametro *AC*, reperiri debet proportio diametri *AC* ad diametrum *EF*.[2])

iungamus enim duas lineas *AE*, *EB* et duas lineas *CF*, *FB*. erunt *CB*, *AB* rectae, uti dictum est



in prima propositione. describamus etiam duas lineas *FGA*, *EHC*, ostendeturque esse quoque rectas [p. 430 not. 1]; similiter duas lineas *DE*, *DF*, et iungamus *DI*, *DL* et *EM*, *FN* et producamus eas ad *O*, *P*. et

1) Plura de arbelo habet Pappus IV, 19 p. 208 sq. duas propositiones hoc loco addidit Alkauhi, mathematicus Arabs; u. Borellus p. 393—95, Nizze p. 257.


2) Cfr. Pappus IV, 26 p. 224 sq.

quia in triangulo *AED AG* est perpendicularis ad *ED*, et *DI* est quoque perpendicularis ad *AE*, et iam se mutuo secuerunt in *M*, ergo *EMO* erit etiam perpendicularis, quemadmodum ostendimus in expositione, quam confecimus de proprietatibus triangulorum, et cuius demonstratio iam quidem praecessit in superiori propositione [p. 434 not. 1]. similiter quoque erit *FP* perpendicularis super *CA*, et quia duo anguli, qui sunt apud *L* et *B*, sunt recti, erit *DL* parallela ipsi *AB*, et pariter *DI* ipsi *CB*. igitur proportio *AD* ad *DC* est ut proportio *AM* ad *FM* [Eucl. VI, 2], immo ut proportio *AO* ad *OP*, et proportio *CD* ad *DA* ut proportio *CN* ad *NE*, immo ut proportio *CP* ad *PO*. et erat *AD* sesquialtera *DC*; ergo *AO* est sesquialtera *OP* et *OP* sesquialtera *CP*. ergo tres lineae *AO*, *OP*, *PC* sunt proportionales, et in eadem mensura, in qua est *PC* quattuor, erit *OP* sex, et *AO* nouem, et *CA* nouendecim. et quia *PO* aequalis est *EF*, erit proportio *AC* ad *EF* ut nouendecim ad sex. igitur reperimus dictam proportionem. etiam si fuerit *AD* ad *DC* qualiscunque, ut sesquitertia aut sesquiquarta aut alia, erit iudicium et ratio, uti dictum est. et hoc est, quod uoluimus.

VII.

Si circulus circa quadratum descriptus fuerit, et alius intra illum, utique erit circumscriptus duplus inscripti. sit itaque circulus comprehendens quadratum *AB* circulus *AB*, et inscriptus *CD*, et sit diameter quadrati *AB*, et est diameter circuli circumscripti, et educamus *CD* diametrum circuli inscripti parallelam

ipsi AE, quae est ei aequalis. et quia quadratum AB duplum est quadrati AE [Eucl. I, 47] siue DC, et proportio quadratorum ex diametris circulorum est




eadem proportioni circuli ad circulum [Eucl. XII, 2], igitur circulus AB duplus est circuli CD; et hoc est, quod uoluimus.

VIII.

Si egrediatur in circulo linea AB ubicunque, et producatur in directum, et ponatur BC aequalis semidiametro circuli, et iungatur ex C ad centrum circuli, quod est D, et producatur ad E, erit arcus AE triplus arcus BF.

educamus igitur EG parallelam ipsi AB, et iungamus DB, DG. et quia duo anguli DEG, DGE sunt aequales, erit angulus GDC duplus anguli DEG [Eucl. I, 32]. et quia angulus BDC aequalis est angulo BCD, et angulus CEG aequalis est angulo ACE [Eucl. I, 29], erit angulus GDC duplus




anguli CDB, et totus angulus BDG triplus anguli BDC, et arcus BG aequalis arcui AE triplus est arcus BF [Eucl. III, 26]. et hoc est, quod uoluimus.[1])

IX.

Si mutuo se secuerint in circulo duae lineae AB, CD (sed non in centro) ad angulos rectos, utique duo arcus AD, CB sunt aequales duobus arcubus AC, DB.

educamus diametrum EF parallelam ipsi AB, quae secet CD bifariam in G; erit EC aequalis ipsi ED



[Eucl. III, 3]. et quia tam arcus EDF, quam ECF est semicirculus, et arcus ED aequalis arcui EA cum arcu AD, erit arcus CF cum duobus arcubus EA, AD aequalis semicirculo. et arcus EA aequalis arcui BF; ergo arcus CB cum arcu AD aequalis est semicirculo. et remanent duo arcus EC, EA, nempe arcus AC, cum arcu DB aequales illi. et hoc est, quod uoluimus.


X.

Si fuerit circulus ABC, et DA tangens illum, et DB secans illum, et DC etiam tangens, et educta fuerit CE parallela ipsi DB, et iuncta fuerit EA secans DB in F, et educta fuerit ex F perpendicularis FG super CE, utique bifariam secabit illam in G.

iungamus AC, et quia DA est tangens et AC secans circulum, erit angulus DAC aequalis angulo

1) Apte monuit Mauritius Cantor (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 169), hanc propositionem uere Archimedeam esse. breuiorem demonstrationem dedit Borellus.

cadenti in alterno segmento *AC*, nempe angulo *AEC* [Eucl. III, 32], et est aequalis angulo *AFD* eo, quod *CE*, *BD* sunt parallelae [Eucl. I, 29]. ergo anguli *DAC*, *AFD* sunt aequales, et in duobus triangulis



DAF, *AHD* sunt duo anguli *AFD*, *HAD* aequales, et angulus *D* communis. propterea erit rectangulum *FD* in *DH* aequale quadrato *DA*[1]), immo quadrato *DC* [p. 430, 22]. et quia proportio *FD* ad *DC* est eadem proportioni *CD* ad *DH* [Eucl. VI, 17], et angulus *D* communis, erunt triangula *DFC*, *DCH* similia [Eucl. VI, 6], et angulus *DFC* aequalis *DCH*, qui aequalis est angulo *DAH*; et hic est aequalis angulo *AFD*. ergo duo anguli *AFD*, *CFD* sunt aequales, et *DFC* aequalis angulo *FCE* [Eucl. I, 29]; et erat *DFA* aequalis angulo *AEC*. ergo in triangulo *FEC* sunt duo anguli *C*, *E* aequales, et duo anguli *G* recti, et latus *GF* commune. propterea erit *CG* aequalis ipsi *GE* [Eucl. I, 26]. ergo *CE* bifariam secatui in *G*. et hoc est, quod uoluimus.


XI.

Si mutuo se secuerint in circulo duae lineae *AB*, *CD* ad angulos rectos in *E*, quod non sit in centro,

1) Nam $ADH \sim ADF$ (Eucl. VI def. 1); ergo
$FD : DA = DA : DH$ (Eucl. VI, 4);
tum u. Eucl. VI, 17.

utique omnia quadrata *AE*, *BE*, *EC*, *ED* aequalia quadrato diametri.

educamus diametrum *AF*, et iungamus lineas *AC*, *AD*, *CF*, *DB*. et quia angulus *AED* est rectus, erit aequalis angulo *ACF* [Eucl. III, 31], et angulus *ADC* aequalis *AFC* eo, quod sunt super arcum *AC* [Eucl. III, 27]; et remanent in duobus triangulis *ADE*, *AFC* duo anguli *CAF*, *DAE* aequales. erunt pariter duo arcus *CF*, *DB* aequales [Eucl. III, 26], immo et duae chordae eorum aequales [Eucl. III, 29]; et duo quadrata *DE*, *EB* aequantur quadrato *BD* [Eucl. I, 47], nempe *CF*, et duo quadrata *AE*, *EC* aequantur quadrato *CA*, et duo quadrata *CF*, *CA* aequantur quadrato *FA*, nempe diametri. igitur quadrata *AE*, *EB*, *CE*, *ED* omnia sunt aequalia quadrato diametri. et hoc est, quod uoluimus.




XII.

Si fuerit semicirculus super diametrum *AB*, et eductae fuerint ex *C* duae lineae tangentes illum in duobus punctis *D*, *E*, et iunctae fuerint *EA*, *DB* se mutuo secantes in *F*, et iuncta fuerit *CF*, et producatur ad *G*, erit *CG* perpendicularis ad *AB*.

iungamus *DA*, *EB*. et quia angulus *BDA* est rectus [Eucl. III, 31], erunt duo anguli *DAB*, *DBA* reliqui in triangulo *DAB* aequales uni recto; et angulus *AEB* rectus. igitur sunt aequales ei. et ponamus angulum *FBE* communem; ambo anguli *DAB*,

ABE sunt aequales *FBE*, *FEB*, immo angulo *DFE* externo in *FBE* [Eucl. I, 32]. et quia *CD* est tangens circulum, et *DB* secans illum, angulus *CDB* aequatur angulo *DAB*, et pariter angulus *CEF* aequatur angulo *EBA* [Eucl. III, 32]. ergo duo anguli *CEF*, *CDF* simul aequales sunt angulo *DFE*. et iam quidem planum fit ex nostro tractatu de figuris quadrilateris[1]), quod, si educantur inter duas lineas aequales sibi occurrentes in aliquo puncto, uti sunt duae lineae *CD*, *CE* [cfr. p. 430, 22], duae lineae se mutuo secantes, uti sunt duae lineae *DF*, *EF*, et fuerit angulus ab illis contentus, ut est angulus *F*, aequalis duobus angulis, qui occurrunt duabus lineis se inuicem secantibus, uti sunt duo anguli *E*, *D*, simul, erit linea egrediens a puncto concursus ad punctum sectionis, uti est linea *CF*, aequalis cuilibet linearum sibi occurrentium, ut *CD* uel *CE*.[2]) propterea erit *CF* aequalis ipsi *CD*. ergo angulus *CFD* est aequalis angulo *CDF*, nempe angulo *DAG*. sed angulus *CFD* cum angulo *DFG* est aequalis duobus rectis. ergo angulus *DAG* cum angulo *DFG*



1) De eiusmodi libro Archimedis nemo praeterea uerbum fecit.

2) Demonstrationem indirectam dedit Almochtasso. Borellus propositionem ita demonstrat: producatur *DC*, et sit $CH = CE$. iam cum $\angle H = CEH$ et ex hypothesi

$$DFE = CDF + CEF,$$


erit $DFE + H = CDF + FEH = 180^0$. itaque *DFEH* circulo inscribi potest (Eucl. III, 22), et centrum erit *C*, cum $CH = DC = CE$. itaque erit $CF = CD$.

aequalis est duobus rectis: et remanent in quadrilatero $ADFG$ duo anguli ADF, AGF aequales duobus rectis. sed angulus ADB rectus est; ergo angulus AGC est rectus, et CG perpendicularis ad AB. et hoc est, quod uoluimus.

XIII.

Si mutuo se secent duae lineae AB, CD in circulo, et fuerit AB diameter illius, at non CD, et educantur ex duobus punctis A, B duae perpendiculares ad CD, quae sint AE, BF, utique abscindent ex illa CF, DE aequales.

iungamus EB et educamus ex I, quod est centrum,




perpendicularem IG super CD et producamus eam ad H in EB. et quia IG est perpendicularis ex centro ad CD, illam bifariam diuidet in G [Eucl. III, 3]; et quia IG, AE sunt duae perpendiculares super illam, erunt parallelae [Eucl. I, 28]. et quia BI aequalis est IA, erit BH aequalis ipsi HE [Eucl. VI, 2], et propter earum aequalitatem, et quia BF est parallela ipsi HG, erit FG aequalis ipsi GE, et ex GC, GD aequalibus remanent FC, ED aequales. et hoc est, quod uoluimus.

XIV.

Si fuerit AB semicirculus, et ex eius diametro AB dissectae sint AC, BD aequales, et efficiantur super

lineas AC, CD, DB semicirculi, et sit centrum duorum semicirculorum AB, CD punctum E, et sit EF perpendicularis super AB, et producatur ad G, utique circulus, cuius diameter est FG, aequalis est superficiei contentae a semicirculo maiori et a duobus semicirculis, qui sunt intra illum, et a semicirculo medio, qui est extra illum, et est figura, quam uocat Archimedes Salinon.[1])

quia DC bifariam secatur in E, et addita est illi CA, erunt duo quadrata DA, CA dupla duorum quadratorum DE, EA [Eucl. II, 10]. sed FG aequalis est ipsi DA.[2]) ergo duo quadrata FG, AC dupla sunt duorum quadratorum DE, EA. et quia AB dupla est AE, et CD dupla quoque ED, erunt duo quadrata AB, DC quadrupla duorum quadratorum DE, EA, immo dupla duorum quadratorum GF, AC. similiter etiam duo circuli, quorum diametri sunt AB, DC, dupli sunt eorum, quorum diametri sunt GF, AC [p. 433, 1], et dimidii eorum, quorum diametri sunt AB, CD, aequales duobus circulis, quo-



1) Haec propositio fortasse re uera Archimedis est. quid Salinon sit, uerbum sine dubio ab Arabibus deprauatum, dubito. pro σελίνιον accepit Barrowius p. 275. contra Mauritius Cantor l. c. ab σάλος deriuat („Wellenlinie"). ipse de uerbo σέλινον cogitaui (ex similitudine frondis apii).


2) Nam $GF = GE + EF = AE + ED = AD$.

rum diametri sunt *GF*, *AC*. sed circulus, cuius diameter *AC*, est aequalis duobus semicirculis *AC*, *BD*. ergo si auferamus ex illis duos semicirculos *AC*, *BD*, qui sunt communes, remanet figura contenta a quattuor semicirculis *AB*, *CD*, *DB*, *AC* (quae ea est, quam uocat Archimedes Salinon) aequalis circulo, cuius diameter est *FG*. et hoc est, quod uoluimus.

XV.

Si fuerit *AB* semicirculus, et *AC* chorda pentagoni, et semissis arcus *AC* sit *AD*, iungatur *CD* et producatur, ut cadat super *E*, et iungatur *DB*, quae secet *CA* in *F*, et ducatur ex *F* perpendicularis *FG* super *AB*: erit linea *EG* aequalis semidiametro circuli.

iungamus itaque lineam *CB*, et sit centrum *H*, et iungamus *HD*, *DG* et *AD*. et quia angulus *ABC*,



cuius basis est latus pentagoni, est duae quintae partes recti [Eucl. III, 20], quilibet duorum angulorum *CBD*, *DBA* est quinta pars recti. et angulus *DHA* duplus est anguli *DBH* [Eucl. III, 20]; ergo angulus *DHA* est duae quintae partes recti. et quia in duobus triangulis *CBF*, *GBF* duo anguli *B* sunt aequales, et *G*, *C* recti, et latus *FB* commune, erit *BC*

aequale ipsi BG [Eucl. I, 26]. et quia in duobus triangulis CBD, GBD duo latera CB, BG sunt aequalia, et similiter duo anguli ad B, et latus BD commune, erunt duo anguli BCD, BGD aequales [Eucl. I, 4], et quilibet eorum est sex quintae partes recti[1]), et est aequalis angulo DAE externo quadrilateri $BADC$, quod est in circulo.[2]) ergo remanet angulus DAB aequalis angulo DGA, et erit DA aequalis ipsi DG. et quia angulus DHG est duae quintae partes recti, et angulus DGH sex quintae partes recti, remanet angulus HDG duae quintae partes recti, et erit DG aequalis GH. et quia ADE externus quadrilateri $ADCB$, quod est in circulo, est aequalis angulo CBA [not. 2], et est duae quintae partes recti et aequalis angulo GDH. et quia in duobus triangulis EDA, HDG sunt duo anguli EDA, HDG aequales, et pariter duo anguli DGH, DAE, et duo latera DA, DG, erit EA aequale HG [Eucl. I, 26]. et ponamus AG commune; erit EG aequale AH. et hoc est, quod uoluimus.

Et hinc patet, quod linea DE aequalis sit semidiametro circuli, quia angulus A aequalis est angulo DGH[3]); ideo erit linea DH aequalis lineae DE. et dico, quod EC diuiditur media et extrema proportione[4]) in D, et maius segmentum est DE, et hoc quia ED

1) Nam $DCA = \frac{1}{2} DHA$ (Eucl. III, 20) et $FCB = 90^\circ$.

2) Nam
$$BCD + DAB = 180^\circ \text{ (Eucl. III, 22)} = DAE + DAB.$$

3) Fort. scribendum: „quia angulus E aequalis est angulo DHG“.

4) H. e. ἄκρον καὶ μέσον λόγον, siue $EC : ED = ED : DC$ (Eucl. VI def. 3).

est chorda hexagoni [Eucl. IV, 15 πόρ.] et *DC* decagoni, et hoc iam demonstratum est in libro elementorum.[1]) et hoc est, quod uoluimus.

1) H. e. *ἐν τῇ στοιχειώσει*, Eucl. elem. XIII, 9: *ἐὰν ἡ τοῦ ἑξαγώνου πλευρὰ καὶ ἡ τοῦ δεκαγώνου τῶν εἰς τὸν αὐτὸν κύκλον ἐγγραφομένων συντεθῶσιν, ἡ ὅλη εὐθεῖα ἄκρον καὶ μέσον λόγον τέτμηται, καὶ τὸ μεῖζον αὐτῆς τμῆμά ἐστιν ἡ τοῦ ἑξαγώνου πλευρα.*

PROBLEMA BOUINUM.

Antiquitus clarum erat problema Archimedis de numero boum Solis (*πρόβλημα βοεικόν*); u. Scholia ad Platonis Charmid. 165 e: *θεωρεῖ* (*ἡ λογιστική*) *οὖν τοῦτο μὲν τὸ κληθὲν ὑπ' Ἀρχιμήδους βοεικὸν πρόβλημα, τοῦτο δὲ μηλίτας καὶ φιαλίτας ἀριθμούς* (cfr. Anthol. Palat. XIV, 3 et 12); cfr. Anonymus Hultschii (Heron) 9 p. 248 et Cicero ad Attic. XII, 4; XIII, 28: *πρόβλημα Ἀρχιμήδειον*(?). epigramma infra adlatum problema eiusmodi tractans e codice Guelferbytano (77 Gud. Graec.), primus edidit G. E. Lessingius (Sämmtliche Schriften ed. Lachmann IX p. 285 sq.), addito scholio et disputatione mathematica Chr. Leistii (ib. p. 297). deinde id ediderunt I. et K. L. Struuii (Altes griechisches Epigramm mathematischen Inhalts, Altona 1821. 8), G. Hermannus (De Archimedis problemate bouino. Lipsiae 1828. 4. cfr. Opuscula IV p. 228 et recensio I. F. Wurmii in Jahns Jahrbücher XIV p. 194, ad quam respicit Hermannus Opusc. IV praef. p. III), Terquem (Bulletin de bibliogr., d'histoire et de biogr. mathématiques I p. 121; cfr. ibid. p. 113 sq., p. 130), B. Krumbiegel (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 121 sq.). problema ipsum praeterea tractauerunt Nesselmannus: Algebra der Griechen p. 481 sq., A. I. H. Vincentius: Bulletin Terquem I p. 165 sq., II p. 39, A. Amthor: Zeitschr. f. Math. u. Physik, hist. litt. Abth. XXV p. 153 sq., quamquam nondum satis constat

quomodo Archimedes hoc problema soluerit, tamen plerique consentiunt (uelut Hermannus, Libri: hist. des mathém. en Italie I p. 206, Cantor: Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 169), eos, qui Archimedi abiudicant, quod soluere non potuerit, nimis inconsiderate egisse (uelut Struuii, Nesselmannus, Vincentius); cfr. Quaest. Arch. p. 66—68.

epigramma et scholium edidi Lessingium secutus. in notis adieci coniecturas omnes Hermanni, Struuii, Vincentii, Krumbiegelii. scripturas cod. Parisiensis nr. 2448, quas mecum communicauit Henricus Lebègue, qui meo rogatu beneuolentissime hunc codicem inuestigauit et contulit, in praefatione huius uoluminis rettuli.

Πρόβλημα,

ὅπερ Ἀρχιμήδης ἐν ἐπιγράμμασιν εὑρὼν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ περὶ ταῦτα πραγματευομένοις ζητεῖν ἀπέστειλεν ἐν τῇ πρὸς Ἐρατοσθένην τὸν Κυρηναῖον ἐπιστολῇ.

Πληθὺν Ἠελίοιο βοῶν, ὦ ξεῖνε, μέτρησον
φροντίδ' ἐπιστήσας, εἰ μετέχεις σοφίης,
πόσση ἄρ' ἐν πεδίοις Σικελῆς ποτ' ἐβόσκετο νήσου
Θρινακίης τετραχῇ στίφεα δασσαμένη
χροιὴν ἀλλάσσοντα· τὸ μὲν λευκοῖο γάλακτος,
κυανέῳ δ' ἕτερον χρώματι λαμπόμενον,
ἄλλο γε μὲν ξανθόν, τὸ δὲ ποικίλον. ἐν δὲ ἑκάστῳ
στίφει ἔσαν ταῦροι πλήθεσι βριθόμενοι
συμμετρίης τοιῆσδε τετευχότες· ἀργότριχας μέν
κυανέων ταύρων ἡμίσει ἠδὲ τρίτῳ
καὶ ξανθοῖς σύμπασιν ἴσους, ὦ ξεῖνε, νόησον,
αὐτὰρ κυανέους τῷ τετράτῳ τε μέρει
μικτοχρόων καὶ πέμπτῳ, ἔτι ξανθοῖσί τε πᾶσιν
τοὺς δ' ὑπολειπομένους ποικιλόχρωτας ἄθρει
ἀργεννῶν ταύρων ἕκτῳ μέρει ἑβδομάτῳ τε
καὶ ξανθοῖς αὖτις πᾶσιν ἰσαζομένους.
θηλείαισι δὲ βουσὶ τάδ' ἔπλετο· λευκότριχες μέν
ἦσαν συμπάσης κυανέης ἀγέλης
τῷ τριτάτῳ τε μέρει καὶ τετράτῳ ἀτρεκὲς ἶσαι·

In titulo: πραγματουμένοις cod. Guelferb.; corr. Struuius. 1. Ἠελίοιο] cfr. Homeri Od. XII, 127 sq. 2. σωφίης Les-

Problema,

quod Archimedes inuenit et in epigrammate ad eos, qui Alexandriae eiusmodi rebus studebant, misit in epistula ad Eratosthenem Cyrenensem.

Multitudinem boum Solis, hospes, computato diligentiam adhibens, si sapientiae particeps es, quanta quondam in campis Thrinaciae Siculae insulae pasceretur in quattuor greges diuisa colore diuersos, unum lactis albi colore, alterum caeruleo nitentem, tertium flauum, quartum uarium. in singulis autem gregibus tauri erant numero praeualidi, hanc rationem seruantes: finge, hospes, albos numero aequales dimidiae et tertiae partibus taurorum caeruleorum et simul omnibus flauis, caeruleos autem quartae et quintae partibus uariorum et praeterea flauis omnibus. reliquos autem uarios uide sextae et septimae partibus alborum et rursus omnibus flauis aequales. in uaccis autem hae erant rationes: albae tertiae et quartae partibus totius gregis caerulei aequales erant, caeruleae autem quartae et quintae simul partibus uariorum si-

singius. 8. πλήθει Struuius. 12. τετάρτῳ cod. Guelferb.; corr. Lessingius. τε om. cod. Guelferb.; corr. Hermannus. 13. στικτοχρόων Struuius. πᾶσι Lessingius cum Guelferb.; corr. Hermannus. 14. ποικιλόχροας Lessingius. 16. αὖτις] Hermannus; αὐτούς Lessingius cum Guelferb. 17—26 delet Vincentius. 19. τετάρτῳ cod. Guelferb.; corr. Lessingius; item lin. 20.

αὐτὰρ κυάνεαι τῷ τετράτῳ τε πάλιν
μικτοχρόων καὶ πέμπτῳ ὁμοῦ μέρει ἰσάζοντο
σὺν ταύροις· πάσης δ' εἰς νομὸν ἐρχομένης
ξανθοτρίχων ἀγέλης πέμπτῳ μέρει ἠδὲ καὶ ἕκτῳ
ποικίλαι ἰσάριθμον πλῆθος ἔχον τετραχῆ.
ξανθαὶ δ' ἠριθμεῦντο μέρους τρίτου ἡμίσει ἶσαι
ἀργεννῆς ἀγέλης ἑβδομάτῳ τε μέρει.
ξεῖνε, σὺ δ' Ἠελίοιο βοῶν πόσαι ἀτρεκὲς εἰπών,
χωρὶς μὲν ταύρων ζατρεφέων ἀριθμόν,
χωρὶς δ' αὖ θήλειαι ὅσαι κατὰ χρῶμα ἕκασται,
οὐκ ἄιδρίς κε λέγοι' οὐδ' ἀριθμῶν ἀδαής,
οὐ μὴν πώ γε σοφοῖς ἐναρίθμιος. ἀλλ' ἴθι φράζευ
καὶ τάδε πάντα βοῶν Ἠελίοιο πάθη.
ἀργότριχες ταῦροι μὲν ἐπεὶ μιξαίατο πληθύν
κυανέοις, ἵσταντ' ἔμπεδον ἰσόμετροι
εἰς βάθος εἰς εὖρός τε, τὰ δ' αὖ περιμήκεα πάντη
πίμπλαντο πλίνθου Θρινακίης πεδία.
ξανθοὶ δ' αὖτ' εἰς ἓν καὶ ποικίλοι ἀθροισθέντες
ἵσταντ' ἀμβολάδην ἐξ ἑνος ἀρχόμενοι
σχῆμα τελειοῦντες τὸ τρικράσπεδον οὔτε προσόντων
ἀλλοχρόων ταύρων οὔτ' ἐπιλειπομένων.
ταῦτα συνεξευρὼν καὶ ἐνὶ πραπίδεσσιν ἀθροίσας
καὶ πληθέων ἀποδοὺς, ὦ ξένε, πάντα μέτρα
ἔρχεο κυδιόων νικηφόρος, ἴσθι τε πάντως
κεκριμένος ταύτῃ ὄμπνιος ἐν σοφίῃ.

---

21. *στικτοχρόων* Struuius. *ἰσάζοντο. σὺν ταύροις πάσης* Vincentius; *ἰσάζοντο, σὺν ταύροις πάσης* Lessingius. 22. *πάσης — ἐρχομένης*] Lessingius; *πάσαις — ἐρχομέναις* cod. Guelferb. *πασῶν — ἐρχομένων* Struuius. *δ' εἰς*] Hermannus, *εἰς* cod. Guelferb., uulgo. 24. *τετραχῆ*] corruptum; *ἀτρεκές* Struuius; *ἔχοντ' ἀτρεκές* Vincentius. *τελέως* Krumbiegel. *ἔχον. τετραχῆ* Lessingius. 27. *πόσοι* Vincentius. *βοῶν*] Her-

mul cum tauris aequales erant, uariae numerum habebant aequalem quintae et sextae partibus totius flauorum gregis pascentis; flauae autem aequales sextae et septimae partibus gregis albi numerabantur. tu uero, hospes, diligenter indicato numero boum Solis, quot tauri robusti quotque uaccae essent singulis coloribus, non imperitus rudisque numerorum uoceris, neque tamen inter sapientes numereris. at dic age has quoque omnes boum Solis rationes: sicubi tauri albi suam multitudinem cum caeruleis coniungebant, stabant firmiter aequali in altitudinem et latitudinem mensura, et longi latique campi Thrinaciae undique solido quadrangulo complebantur. rursus autem flaui et uarii coniuncti ita stabant, ut numerus sensim ex uno adcresceret, figuram trilateram efficientes tauris ceterorum colorum neque praesentibus neque desideratis. haec si simul inueneris et mente complexus eris, hospes, omnes multitudinum mensuras indicans, uictoria gloriatus abito et putato, te ita demum sapientia praestantem esse iudicatum.

---

mannus; *βόες* cod. Guelferb., Lessingius. 28—29 delet Vincentius. 29. *χρῶμα*] Struuius; *χροίαν* cod. Guelferb., Lessingius. 31—44 delet Vincentius. *ἐναρίθμιος*] Struuius; *ἐν ἀριθμοῖς* cod. Guelferb., Lessingius. 32. *τάδε πάντα*] *τάδ' ἔτ' ἄλλα* Struuius. Wurmius has emendationes superuacuas censet, mutato *εἰπών* u. 27 in *εἶπον* (imperat.). 34. *ἔμβαδον* Vincentius. 35. *πέρι μήκεα* Hermannus. 36. *πλίνθου*] fortasse corruptum; *πλῆθος* Vincentius. *πλήθους* Krumbiegel. 39. *οὔτε — οὔτε*] *εἴτε — εἴτε* Hermannus. 44. *ταύτῃ γ'* Hermannus.

Σχόλιον.

Τὸ μὲν οὖν πρόβλημα διὰ τοῦ ποιήματος ὁ Ἀρχιμήδης ἐδήλωσε σαφῶς. ἰστέον δὲ τὸ λεγόμενον, ὅτι τέσσαρας ἀγέλας εἶναι δεῖ βοῶν· λευκοτρίχων μὲν μίαν ταύρων καὶ θηλειῶν, ὧν τὸ πλῆθος ὁμοῦ συνάγει μυριάδας διπλᾶς ιδʹ καὶ ἁπλᾶς φπβʹ καὶ μονάδας ͵ζτξʹ· κυανοχρόων δ' ἄλλην ὁμοῦ ταύρων καὶ θηλειῶν, ὧν τὸ πλῆθός ἐστι μυριάδων διπλῶν ἐννέα καὶ ἁπλῶν ͵ηωλʹ καὶ μονάδων ωʹ. μιξοτρίχων δ' ἄλλην ταύρων καὶ θηλειῶν, ὧν τὸ πλῆθός ἐστι μυριάδων διπλῶν ηʹ καὶ ἁπλῶν ͵ϛϡϙαʹ καὶ μονάδων υʹ· τῆς δὲ λοιπῆς ἀγέλης τῶν ξανθοχρόων[1] *συνάγει τὸ πλῆθος διπλᾶς μυριάδας ζʹ καὶ ἁπλᾶς ͵ϛψηʹ, μονάδας δὲ ͵ηʹ. ὥστε συνάγεσθαι ὁμοῦ τὸ πλῆθος τῶν δʹ ἀγελῶν μυριάδας διπλᾶς μʹ καὶ ἁπλᾶς ͵γριβʹ καὶ μονάδας ͵ϛφξʹ. καὶ ἡ μὲν ἀγέλη τῶν λευκοτρίχων ταύρων ἔχει μυριάδας διπλᾶς ηʹ καὶ ἁπλᾶς ͵βϡλαʹ καὶ μονάδας ͵ηφξʹ, θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς εʹ καὶ ἁπλᾶς ͵ζχνʹ καὶ μονάδας ͵ηωʹ· ἡ δὲ ἀγέλη τῶν κυανοχρόων ταύρων ἔχει μὲν μυριάδας διπλᾶς εʹ καὶ ἁπλᾶς ͵θχπδʹ καὶ μονάδας ͵αρκʹ, θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς γʹ καὶ ἁπλᾶς ͵θρμεʹ καὶ μονάδας ͵θχπʹ· ἡ δ' ἀγέλη τῶν ποικιλοτρίχων ταύρων ἔχει μὲν μυριάδας διπλᾶς εʹ καὶ ἁπλᾶς ͵ηωξδʹ καὶ μονάδας ͵δωʹ, θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς βʹ καὶ ἁπλᾶς ͵ηρκϛʹ καὶ μονάδας ͵εχʹ·*[2] *ἡ δ' ἀγέλη τῶν ξανθοχρωμάτων ταύρων ἔχει μὲν μυριάδας διπλᾶς γʹ καὶ ἁπλᾶς ͵γρϙεʹ καὶ μονάδας ϡξʹ, θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς δʹ καὶ*

1) *ξανθοτρίχων* Hermannus.
2) ͵εχʹ] ͵θχʹ cod. Guelferb.; corr. Lessingius.

ἁπλᾶς ,γφιγ' καὶ μονάδας ,ξμ'. καί ἐστι τὸ πλῆθος τῶν λευκοτρίχων ταύρων ἴσον τῷ ἡμίσει καὶ τρίτῳ μέρει τοῦ πλήθους τῶν κυανοχρόων ταύρων καὶ ἔτι ὅλῃ τῇ τῶν ξανθοχρωμάτων ἀγέλῃ, τὸ δὲ πλῆθος τῶν κυανοχρωμάτων ἴσον τῷ τετάρτῳ καὶ πέμπτῳ μέρει τῶν ποικιλοτρίχων[1]) ταύρων καὶ ὅλῳ τῷ πλήθει τῶν ξανθοχρωμάτων, τὸ δὲ πλῆθος τῶν ποικιλοτρίχων ταύρων ἴσον τῷ ἕκτῳ καὶ ἑβδόμῳ μέρει τῶν λευκοτρίχων ταύρων καὶ ἔτι τῷ πλήθει ὅλῳ ξανθοχρωμάτων ταύρων, καὶ πάλιν τὸ πλῆθος τῶν λευκῶν θηλειῶν ἴσον τῷ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ μέρει ὅλης τῆς ἀγέλης τῶν κυανοχρόων, τὸ δὲ τῶν κυανοχρόων ἴσον τῷ τετάρτῳ καὶ πέμπτῳ μέρει τῆς ὅλης ἀγέλης τῶν ποικιλοτρίχων, τὸ δὲ τῶν ποικιλοτρίχων ἴσον τῷ πέμπτῳ καὶ ἕκτῳ μέρει τῆς ὅλης τῶν ξανθῶν βοῶν. πάλιν δὲ τὸ τῶν ξανθῶν θηλειῶν πλῆθος ἦν ἴσον τῷ ἕκτῳ τε[2]) καὶ ἑβδόμῳ μέρει τῆς ὅλης ἀγέλης τῶν λευκῶν βοῶν. καὶ ἡ μὲν ἀγέλη τῶν λευκοτρίχων ταύρων καὶ ἡ τῶν κυανοχρόων ταύρων συντεθεῖσα ποιεῖ τετράγωνον ἀριθμόν, ἡ δ' ἀγέλη τῶν ξανθοτρίχων ταύρων μετὰ τῆς ἀγέλης τῶν ποικιλοχρόων συντεθεῖσα ποιεῖ τρίγωνον, ὡς ἔχει τὰ τῶν ὑποκειμένων κανόνων καθ' ἕκαστον χρῶμα.

---

1) ποικιλοχρόων Hermannus.
2) τε om. Hermannus.

FRAGMENTA.

Omissis libris, qui ab Arabibus solis commemorantur, de quibus u. Quaest. Arch. p. 29—30, hoc loco omnia testimonia et fragmenta librorum Archimedis, qui interciderunt, quae quidem inuenire potuerim, collegi; pleraque indicaui Quaest. Arch. p. 30 sq.

De polyedris.

1 Pappus V, 34 p. 352: *ταῦτα δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὰ παρὰ τῷ θειοτάτῳ Πλάτωνι πέντε σχήματα, τουτέστιν τετράεδρόν τε καὶ ἑξάεδρον, ὀκτάεδρόν τε καὶ δωδεκάεδρον, πέμπτον δ' εἰκοσάεδρον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ Ἀρχιμήδους εὑρεθέντα τρισκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ὑπὸ ἰσοπλεύρων μὲν καὶ ἰσογωνίων, οὐχ ὁμοίων δὲ πολυγώνων περιεχόμενα.*

τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ὀκτάεδρόν ἐστιν περιεχόμενον ὑπὸ τριγώνων δ' καὶ ἑξαγώνων δ'.

τρία δὲ μετὰ τοῦτο τεσσαρεσκαιδεκάεδρα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις η' καὶ τετραγώνοις ς', τὸ δὲ δεύτερον τετραγώνοις ς' καὶ ἑξαγώνοις η', τὸ δὲ τρίτον τριγώνοις η' καὶ ὀκταγώνοις ς'.

μετὰ δὲ ταῦτα ἑκκαιεικοσάεδρά ἐστιν δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις η' καὶ τετραγώνοις ιη', τὸ δὲ δεύτερον τετραγώνοις ιβ', ἑξαγώνοις η' καὶ ὀκταγώνοις ς'.

μετὰ δὲ ταῦτα δυοκαιτριακοντάεδρά ἐστιν τρία, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις κ' καὶ πενταγώ-

νοις ιβ', τὸ δὲ δεύτερον πενταγώνοις ιβ' καὶ ἑξαγώνοις κ', τὸ δὲ τρίτον τριγώνοις κ' καὶ δεκαγώνοις ιβ'.

μετὰ δὲ ταῦτα ἕν ἐστιν ὀκτωκαιτριακοντάεδρον περιεχόμενον ὑπὸ τριγώνων λβ' καὶ τετραγώνων ς'.

μετὰ δὲ τοῦτο δυοκαιεξηκοντάεδρά ἐστι δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις κ' καὶ τετραγώνοις λ' καὶ πενταγώνοις ιβ', τὸ δὲ δεύτερον τετραγώνοις λ' καὶ ἑξαγώνοις κ' καὶ δεκαγώνοις ιβ'.

μετὰ δὲ ταῦτα τελευταῖόν ἐστιν δυοκαιενενηκοντάεδρον, ὃ περιέχεται τριγώνοις π' καὶ πενταγώνοις ιβ'.

ὅσας δὲ γωνίας ἕκαστον ἔχει στερεὰς τῶν ιγ' τούτων σχημάτων πολυέδρων καὶ ὅσας πλευράς, διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου θεωρεῖται· ὅσων μὲν γὰρ ἁπλῶς πολυέδρων αἱ στερεαὶ γωνίαι τρισὶν ἐπιπέδοις περιέχονται γωνίαις, ἐξαριθμηθεισῶν τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν, ἃς ἔχουσιν πᾶσαι αἱ ἕδραι τοῦ πολυέδρου, δῆλον, ὡς ὁ τῶν στερεῶν γωνιῶν ἀριθμὸς τρίτον μέρος ἐστὶ τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ· ὅσων δὲ πολυέδρων ἡ στερεὰ γωνία περιέχεται τέσσαρσιν ἐπιπέδοις, ἐξαριθμηθεισῶν πασῶν τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν, ἃς ἔχουσιν αἱ ἕδραι τοῦ πολυέδρου, τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ τὸ τέταρτον μέρος ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς ὁ τῶν στερεῶν γωνιῶν τοῦ πολυέδρου. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσων πολυέδρων ἡ στερεὰ γωνία περιέχεται ὑπὸ ε' γωνιῶν ἐπιπέδων, τὸ πέμπτον τοῦ πλήθους τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν ἐστιν ὁ ἀριθμὸς τοῦ πλήθους τῶν στερεῶν γωνιῶν.

τῶν δὲ πλευρῶν τὸ πλῆθος, ἃς ἕκαστον ἔχει τῶν πολυέδρων, τόνδε τὸν τρόπον εὑρήσομεν. ἐξαριθμηθεισῶν γὰρ πασῶν τῶν πλευρῶν, ἃς ἔχει τὰ ἐπίπεδα τὰ περιέχοντα τὸ πολύεδρον, ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν δῆλον ὡς ἴσος ἐστὶν τῷ πλήθει τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν. ἀλλ'

ἐπειδὴ δύο ἐπιπέδων ἑκάστη τῶν πλευρῶν αὐτοῦ κοινή ἐστιν, δῆλον, ὅτι τοῦ πλήθους τὸ ἥμισυ αἱ πλευραί εἰσι τοῦ πολυέδρου.

τὸ μὲν οὖν πρῶτον τῶν ἀνομοιογενῶν ιγ′ πολυέδρων ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις δ′ καὶ ἑξαγώνοις δ′, γωνίας μὲν ἔχει στερεὰς ιβ′, πλευρὰς δὲ ιη′. τῶν μὲν γὰρ τεσσάρων τριγώνων αἵ τε γωνίαι ιβ′ εἰσιν καὶ αἱ πλευραὶ ιβ′, τῶν δὲ δ′ ἑξαγώνων αἵ τε γωνίαι κδ′ εἰσιν καὶ αἱ πλευραὶ κδ′. γενομένου δὴ τοῦ ἀριθμοῦ παντὸς λϛ′ ἀναγκαῖόν ἐστιν τὸν μὲν τῶν στερεῶν γωνιῶν ἀριθμὸν τρίτον μέρος εἶναι τοῦ προειρημένου ἀριθμοῦ, ἐπεὶ καὶ ἑκάστη τῶν στερεῶν αὐτοῦ γωνιῶν ἐπιπέδοις γωνίαις περιέχεται γ′, τὸ δὲ τῶν πλευρῶν πλῆθος τὸ ἥμισυ τοῦ ἀριθμοῦ τουτέστιν τοῦ λϛ′, ὥστε εἶναι πλευρὰς ιη′.

τῶν δὲ τετρακαιδεκαέδρων τὸ πρῶτον περιέχεται τριγώνοις η′ καὶ τετραγώνοις ϛ′, ὥστε ἔχειν στερεὰς μὲν γωνίας ιβ′ (ἑκάστη γὰρ αὐτοῦ γωνία ὑπὸ τεσσάρων ἐπιπέδων γωνιῶν περιέχεται), πλευρὰς δὲ ἔχει κδ′. τὸ δὲ δεύτερον τῶν τετρακαιδεκαέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τετραγώνοις ϛ′ καὶ ἑξαγώνοις η′, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ′ (ἑκάστη γὰρ τῶν γωνιῶν αὐτοῦ περιέχεται ὑπὸ γ′ γωνιῶν ἐπιπέδων), πλευρὰς δὲ ἔχει λϛ′.[1])

τῶν δὲ ἑκκαιεικοσαέδρων τὸ μὲν πρῶτον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε η′ καὶ τετραγώνοις ιη′, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ′, πλευρὰς δὲ μη′. τὸ δὲ δεύτερον τῶν

1) Lacunam cum Eisenmanno sic expleuit Hultschius: *τὸ δὲ τρίτον τῶν τετρακαιδεκαέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις η′ καὶ ὀκταγώνοις ϛ′, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ′, πλευρὰς δὲ λϛ′.* aliter scholiastes; u. p. 463.

ἑκκαιεικοσαέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τετραγώνοις ιβ' καὶ ἑξαγώνοις η' καὶ ὀκταγώνοις ϛ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας μη', πλευρὰς δὲ οβ'.

τῶν δὲ δυοκαιτριακονταέδρων τὸ μὲν πρῶτον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε κ' καὶ πενταγώνοις ιβ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας λ', πλευρὰς δὲ ξ'. τὸ δὲ δεύτερον τῶν δυοκαιτριακονταέδρων, ἐπεὶ περιέχεται πενταγώνοις ιβ' καὶ ἑξαγώνοις κ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξ', πλευρὰς δὲ ϟ'. τὸ δὲ τρίτον τῶν δυοκαιτριακονταέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε κ' καὶ δεκαγώνοις ιβ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξ', πλευρὰς δὲ ϟ'.

τὸ δὲ ὀκτωκαιτριακοντάεδρον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε λβ' καὶ τετραγώνοις ἕξ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ', πλευρὰς δὲ ξ'.

τῶν δὲ δυοκαιεξηκονταέδρων τὸ μὲν πρῶτον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε κ' καὶ τετραγώνοις λ' καὶ πενταγώνοις ιβ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξ', πλευρὰς δὲ ρκ'. τὸ δὲ λοιπὸν τῶν δυοκαιεξηκονταέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τετραγώνοις λ' καὶ ἑξαγώνοις κ' καὶ δεκαγώνοις ιβ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ρκ', πλευρὰς δὲ ρπ'.

τὸ δὲ δυοκαιενενηκοντάεδρον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε π' καὶ πενταγώνοις ιβ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξ', πλευρὰς δὲ ρν'.

Haec omnia sine dubio iam ipse Archimedes proposuerat. cfr. de his polyedris Keppler: Harmon. mundi p. 62.

Scholia Uaticana in Pappum III p. 1171[1]): 2

α'. ὀκτάεδρον ἔχει τρίγωνα δ', ἑξάγωνα δὲ δ', πλευρὰς ιη', γωνίας δὲ στερεὰς ιβ', ἑκάστη δὲ στερεὰ

1) Hoc scholium in cod. Uaticano prauo ordine scriptum

γωνία περιέχεται ὑπὸ γ' γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο μὲν ἑξαγωνικαί, μία δὲ τριγωνική, ὥστε λείπειν τῶν δ' ὀρθῶν μιᾶς ὀρθῆς γωνίας δύο τριτημορίοις. τοῦτο γεννᾶται ἐκ τῆς πρώτης πυραμίδος διαιρουμένων τῶν πλευρῶν αὐτῆς εἰς γ' ἴσα καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐπιπέδων ἐκβαλλομένων καὶ τῶν γωνιῶν ἐκπιπτουσῶν.

β'. τεσσαρεςκαιδεκάεδρον (scil. τὸ πρῶτον) περιέχεται ὑπὸ μὲν τριγώνων η', ὑπὸ δὲ τετραγώνων ϛ', ἔχει δὲ πλευρὰς κδ', γωνίας δὲ στερεὰς ιβ', ἑκάστη δὲ στερεὰ γωνία περιέχεται ὑπὸ δ' γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο μὲν τετραγωνικαί, β' δὲ τριγωνικαί, ὥστε λείπειν τῶν δ' ὀρθῶν μιᾶς γωνίας ὀρθῆς δύο τριτημορίοις. τοῦτο γεννᾶται ἐκ τοῦ κύβου διαιρουμένων δίχα τῶν πλευρῶν αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐπιπέδων ἐκβαλλομένων, τῶν η' γωνιῶν ἐκπιπτουσῶν.

γ'. τεσσαρεσκαιδεκάεδρον (scil. τὸ δεύτερον) περιέχεται ὑπὸ μὲν τετραγώνων ϛ', ὑπὸ δὲ ἑξαγώνων η', ἔχει δὲ πλευρὰς λϛ', γωνίας δὲ στερεὰς κδ', ἑκάστη δὲ στερεὰ γωνία περιέχεται ὑπὸ γ' γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο μὲν ἑξαγωνικαί, μία δὲ τετραγωνική. τοῦτο γεννᾶται ἐκ τοῦ ὀκταέδρου τεμνομένης τρίχα ἑκάστης τῶν αὐτοῦ πλευρῶν καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐπιπέδων ἐκβαλλομένων καὶ τῶν ϛ' γωνιῶν ἐκπιπτουσῶν.

δ'. τὸ δὲ τρίτον (scil. τῶν τετρακαιδεκαέδρων), ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις η' καὶ ὀκταγώνοις ϛ', ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ' (ἑκάστη δὲ περιέχεται

digessit Hultschius, quem secuti sumus, nisi quod δ' lin. 1—5 suo loco reposuimus (cfr. III p. 1170).

ὑπὸ γ' γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο ὀκταγωνικαί, μία δὲ τριγωνική), πλευρὰς δὲ ἔχει λϛ'.[1]) τοῦτο γεννᾶται ἐκ τοῦ κύβου τεμνομένης ἑκάστης αὐτοῦ πλευρᾶς οὕτως, ὥστε γίνεσθαι τρία τμήματα, ὧν τὸ μέσον ἑκατέρου τῶν ἄκρων διπλάσιόν ἐστιν δυνάμει.

ε'. ἑκκαιεικοσάεδρον (scil. τὸ πρῶτον) γεννᾶται ἐκ τοῦ τεσσαρεσκαιδεκαέδρου τοῦ περιεχομένου ὑπὸ η' τριγώνων καὶ ϛ' τετραγώνων, τεμνομένης ἑκάστης αὐτοῦ πλευρᾶς δίχα καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐκβαλλομένων ἐπιπέδων καί†.

Originem huius fragmenti Archimedeam agnouit Hultschius III p. 1241.

Hinc satis adparet, Heronem definit. 101 p. 29 3
male narrare: *Ἀρχιμήδης δὲ τρισκαίδεκα ὅλα* (ὅλως?) *φησὶν εὑρίσκεσθαι σχήματα δυνάμενα ἐγγραφῆναι τῇ σφαίρᾳ προστιθεὶς ὀκτὼ μετὰ τὰ εἰρημένα πέντε.* non octo, sed tredecim noua polyedra Platonicis quinque adiecit Archimedes, quae omnia, ut illa quinque, sphaerae inscribi possunt.

Ad hunc librum Archimedis spectare puto Simpli- 4
cium in Aristot. IV p. 494 a (ed. Berol.): *ἐλαχίστη δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό, τουτέστι τῶν σχῆμα περιεχουσῶν τι καὶ ὁριζουσῶν διαστάσεων, ἐν μὲν ἐπιπέδοις ἡ κυκλική, ἐν δὲ στερεοῖς ἡ σφαιρική, διότι δέδεικται καὶ πρὸ Ἀριστοτέλους μὲν πάντως, εἴπερ αὐτὸς ὡς δεδειγμένῳ συγκέχρηται, καὶ παρὰ Ἀρχιμήδους καὶ παρὰ Ζηνοδώρου πλατύτερον, ὅτι τῶν ἰσοπεριμέτρων σχημάτων πολυχωρητότερός ἐστιν ἐν μὲν τοῖς ἐπιπέδοις ὁ κύκλος, ἐν δὲ τοῖς στερεοῖς ἡ σφαῖρα.*

1) His uerbis scholiastes expleuerat lacunam p. 460 not. 1.

5 Eadem fere habet Proclus in Timaeum p. 384: *τοσοῦτον δὲ ὅμως ἱστορητέον, ὅτι τῶν ἰσοπλεύρων τε καὶ ἰσογωνίων καὶ ἴσην περίμετρον ἐχόντων τὸ πολυγωνότερον μεῖζον ἀποδείξαντες πρῶτον καὶ τὸν κύκλον ἑξῆς μείζονα οὐ τῶν ἰσοπλεύρων καὶ ἰσογωνίων, ἰσοπεριμέτρων δέ, δεικνῦσι καὶ τὴν σφαῖραν τῶν ἴσην ἐπιφάνειαν ἐχόντων στερεῶν σωμάτων ἑπομένως μείζονα καὶ διαφερόντως τῶν παρὰ Πλάτωνι λεγομένων πολυέδρων ἰσοπλεύρων καὶ ἰσογωνίων, τὰ μὲν χρώμενοι τοῖς παρὰ τῷ Εὐκλείδῃ δειχθεῖσι, τὰ δὲ τοῖς παρὰ τῷ Ἀρχιμήδει.*

fieri tamen potest, ut his duobus locis (4—5) tantum ad dimensionem circuli et librum I de sphaera et cylindro respicitur.

Appendix libri II de sphaera et cylindro.

6 Archimedes uol. I p. 214, de sph. et cyl. II, 4 solutionem problematis: *δύο δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΔΒ, ΒΖ καὶ διπλασίας οὔσης τῆς ΔΒ τῆς ΒΖ καὶ σημείου ἐπὶ τῆς ΒΖ τοῦ Θ τεμεῖν τὴν ΔΒ κατὰ τὸ Χ καὶ ποιεῖν, ὡς τὸ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΧ, τὴν ΧΖ πρὸς ΖΘ* et uniuersalis et specialis daturum se promittit (p. 214, 25), sed solutio intercidit. postea uero Eutocius eam inuenit et suis uerbis proposuit Comm. ad librum de sph. et cyl. II, 4. cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 51 not.

Ἀρχαί.

7 Archimedes *Ψαμμίτ.* I, 7 (uol. II p. 246): *καὶ οὕτως τινὰς δειχθήσειν τῶν ἐν Ἀρχαῖς τὰν κατονομα-*

ξίαν ἐχόντων ὑπερβαλλόντας τῷ πλήθει τὸν ἀριθμὸν τοῦ ψάμμου. cfr. I, 3 p. 242: τῶν ὑφ' ἁμῶν κατωνομασμένων ἀριθμῶν καὶ ἐνδεδομένων ἐν τοῖς ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένοις. summam huius libri habemus Ψαμμ. III, 1—4 p. 266 sq. (III, 1 p. 266, 12: τῷ βιβλίῳ τῷ ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένῳ).

Ἐφόδιον.

Suidas s. u. Θεοδόσιος p. 495, 1 ed. Bekker: Θεο- 8
δόσιος φιλόσοφος ἔγραψε . . ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους Ἐφόδιον.

Περὶ ζυγῶν:

Pappus VIII, 24 p. 1068: ἀπεδείχθη γὰρ ἐν τῷ 9
περὶ ζυγῶν Ἀρχιμήδους καὶ τοῖς Φίλωνος καὶ Ἥρωνος μηχανικοῖς, ὅτι οἱ μείζονες κύκλοι κατακρατοῦσιν τῶν ἐλασσόνων κύκλων, ὅταν περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον ἡ κύλισις αὐτῶν γίνηται.

Pappus VIII, 19 p. 1060: τῆς αὐτῆς δέ ἐστιν θεω- 10
ρίας τὸ δοθὲν βάρος τῇ δοθείσῃ δυνάμει κινῆσαι· τοῦτο γὰρ Ἀρχιμήδους μὲν εὕρημα λέγεται μηχανικόν, ἐφ' ᾧ λέγεται εἰρηκέναι· δός μοί, φησι, ποῦ στῶ, καὶ κινῶ τὴν γῆν. cfr. Quaest. Arch. p. 10 not. 6.

Archimedes ἐπιπ. ἰσορρ. I, 4 p. 148: ὅτι γάρ ἐστιν 11
ἐπὶ τᾶς *AB*, προδεδείκται. cfr. I, 13 p. 182, 3; II, 2 p. 194, 6; II, 5 p. 204, 10.

Archimedes τετραγ. παραβ. 6 p. 306, 23: ἕκαστον γὰρ 12
τῶν κρεμαμένων, ἐξ οὗ σαμείου κα κατασταθῇ, μένει, ὥστε κατὰ κάθετον εἶμεν τό τε σαμεῖον τοῦ κρεμαστοῦ

καὶ τὸ κέντρον τοῦ βάρεος τοῦ κρεμαμένου. δεδείκται γὰρ καὶ τοῦτο.

In hoc libro sine dubio definitionem centri grauitatis dederat, quae in libris de planorum aequilibriis desideratur.

Κατοπτρικά.

13 Theon in Ptolemaei *συντ.* I p. 10 ed. Basil.: *καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς (τῆς ὄψεως) ἐπὶ τὸν ἀέρα προσπιπτουσῶν ἀκτίνων κλάσιν ὑπομενουσῶν καὶ μείζονα ποιουσῶν τὴν πρὸς τῇ ὄψει γωνίαν, καθὰ καὶ Ἀρχιμήδης ἐν τοῖς περὶ κατοπτρικῶν ἀποδεικνύων φησίν, ὅτι [καθάπερ]*[1]) *καὶ τὰ εἰς ὕδωρ ἐμβαλλόμενα μείζονα φαίνεται, καὶ ὅσῳ κάτω χωρεῖ, μείζονα.* et paullo infra: *καὶ κεκλάσθωσαν ἐπὶ τὰ Α, Β, ὡς ΕΘΑ, ΕΚΒ, καθὰ καὶ Ἀρχιμήδης ἐν τοῖς περὶ κατοπτρικῶν, ὡς ἔφαμεν.*

14 Olympiodorus in Aristotelis Meteorolog. II p. 94 ed. Ideler: *ἄλλως τε καὶ Ἀρχιμήδης αὐτὸ τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι κλᾶται ἡ ὄψις, ἐκ τοῦ δακτυλίου τοῦ ἐν ἀγγείῳ βαλλομένου.*


15 Georgius Ualla de expetendis et fugiendis rebus XV. 2[2]): Sane Archimedes inquit, quod *f* angulus ipsi *e* aut aequalis est aut minor aut maior. sit sane

---

1) Delendum puto.

2) Hunc uirum codices Graecos habuisse, qui nunc uel lateant uel interciderint, breui spero, me pluribus demonstraturum. quamquam hoc fragmentum ita mutilum est ac deprauatum, ut neque sententia constet neque dignoscatur, quantum eius Archimedi tribuendum sit, tamen reiiciendum non existimaui. non dubito, quin Graece inueniri possit in aliquo codice catoptricorum Euclidis scholiis instructo.

prius maior *f* quam *e*. ponatur itaque oculus *d*, et



ab oculo rursus refringatur in rem uisam *b*. erit igitur *e* angulus maior quam *f*. atqui erat minor, quod plane absurdum est, uel quod ceratoides angulus omni angulo minor, uel si a centro iungamus ad contactum, totus qui est sub *kl*, aequalis erit qui semicirculi ei qui est semicirculi aequalis superimpositus et ei accommodatus. reliquus igitur *h* ipsi *l* aequalis. sumpto *e* non amplius spectatur spectatum, quod plane extrorsus spectatur *d*. censetur uero spectari incoincidentia. ipso *e* sumpto non amplius spectatur spectatum, quod est *d*, quod certe spectatur in loco e regione posito ipsius *b*. apparens autem in coincidentia.

Apuleius Apolog. 16: alia praeterea eius modi plu- 16
rima (sc. de speculis), quae tractat ingenti uolumine Archimedes Syracusanus. cfr. Tzetzes Chiliad. XII, 973: *κατόπτρων τὰς ἐξάψεις* (inter scripta Archimedis relatum).

Περὶ σφαιροποιίας.

Carpus apud Pappum VIII, 3 p. 1026: *Κάρπος δέ* 17
πού φησιν ὁ Ἀντιοχεὺς Ἀρχιμήδη τὸν Συρακόσιον ἓν μόνον βιβλίον συντεταχέναι μηχανικὸν τὸ κατὰ τὴν σφαιροποιίαν, τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν ἠξιωκέναι συντάξαι. cfr. Proclus in Eucl. p. 41, 16: *ἡ σφαιροποιία κατὰ μίμησιν τῶν οὐρανίων περιφορῶν, οἵαν καὶ Ἀρχιμήδης ἐπραγματεύσατο.* huc refero Macrobii locum in Somn. Scipion. II, 3: et Archimedes quidem stadiorum numerum deprehendisse se credidit,

quibus a terrae superficie luna distaret et a luna Mercurius, a Mercurio Venus, sol a Venere, Mars a sole, a Marte Iupiter, Saturnus a Ioue; sed et a Saturni orbe usque ad ipsum stelliferum caelum omne spatium se ratione emensum putauit. quae tamen Archimedis dimensio a Platonicis repudiata est quasi dupla et tripla interualla non seruans.

De anni magnitudine.

18 Hipparchus apud Ptolemaeum *συντ.* I p. 153 ed. Halma: *ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν τηρήσεων δῆλον, ὅτι μικραὶ παντάπασιν γεγόνασιν αἱ τῶν ἐνιαυτῶν διαφοραί· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν τροπῶν οὐκ ἀπελπίζω καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν Ἀρχιμήδη καὶ ἐν τῇ τηρήσει καὶ ἐν τῷ συλλογισμῷ διαμαρτάνειν καὶ ἕως τετάρτου μέρους ἡμέρας.* cfr. Ammianus Marcellinus XXVI, 1, 8: spatium anni uertentis id esse periti mundani motus et siderum definiunt ueteres, inter quos Meton et Euctemon et Hipparchus et Archimedes excellunt, cum sol perenni rerum sublimium lege polo percurso signifero, quem Zodiacum sermo Graecus adpellat, trecentis et sexaginta quinque diebus emensis et noctibus ad eundem redierit cardinem.